

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + Keep it legal Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/
























ANTIQUAE TABVLAE MARMOREAE

Solis effigie, fymbolifque exculptæ ACCVRATA EXPLICATIO

Qua prisca quadam mythologia , ac nonnulla praterea vetera monumenta marmorum , gemmarum , nomismatum illustrantur.

AVCTORE HIER ALEANDRO IVNIORE.

Accessit non absimilis argumenti expositio sigillorum zone veterem statuam marmoream cingentis.

Editio II. ab eodem aucta & recognita.



LVTETIÆ PARISIORVM,

Ex Officina Niuelliana, Sumptibus SEBASTIANI CRAMOYSI, via Iacobæa, fub Ciconijs. M. D.C. XVII.

CVM FRIVILEGIO REGIS.



CIPADIMZZ (MALTZCO).

HAOIMITA



Digitized by Google

ODOARDO FARNESIO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

HIER. ALEANDER.

10



ON abs re videmus, CARDI-NALIS AMPLISSIME, Ø129/40'-You vocari Philosophos ab ipsorum corypheo Aristotele. quod fabulæ ex rebus constent admirandis, hæingenia excitent ad rerum caussas indagandas. quo fit,

ve poëtarum scripta, & qua ijs respondent, pictura, calatura, alia idgenus in sapientum manibus cum voluptate versentur. Philologos prasertim, qui variam multiplicémque in veterum libris eruditionem venantur, antiqua nomismata, gemmarum scalpturas, exculpta marmora, calatas tabulas mira quadam solertia perscrutantes cernimus. vt enim hæc de libris,ita de his libri lucem persæpe mutuantur.

Altera poscit opem res,& coniurat amice.

Ea me quoque dulcis infania (quid ni fatear?) ludit. nomine vtor, quo fortasse ftudium hoc nostrum appellabunt severioris homines supercilis. nec abnuo, si cum ijs conferant, qu'a ad res diuinas, aut Resp. administrationem spectant, caterum illos nihit moror, quimagnum quid facere sibs widentur, quum aut ambitioni finum laxant, aut coaceruandis opibus inuigilant. qui sane si litterarias hasce amenitates res ludicras vocabunt, ego vicissim illorum studia. num ridendi tantum sunt pueri, quos videnus

Ludere par impar, equitare in arundine longa; illi non item, qui vetita legibus alea integra addicunt patrimonia? magna ludas, an parine stufus sune er nuga, quacunque ad aliam dirigimus metam, quam qua à summo verum conditore proposità est. Hominium insuper conditio id iure suo vindicare videtur, vi fatigato serijs animo quaramus remissionum diverticula. nee id prudentes viri improbant. quanto minus tu, Card. Illustris. qui vi auctoritate, ita prudentia prapolles? Proinde libellum hunc tibimeum offerre non sum veritus; quum nollem prasertim sine munusculote conuentre. vi enim affecti divinitus beneficio templum adeunt cum stipe, or votiua tabella; ita ego, qui te tamdiu prasens venerari in voits habebam, differre matui, quam vacuus accedere. Au ignoras, quantum ego,

quantum tota gens Aleandra Sereniffima tua Domui debere profitemur? siquidem Hieronymus, aui mei frater à summo optimoque Ponsifice Paulo III. in Gardinalium senatum adfeitus, ampliffimisque legationibus cohonestarus eft. parer vero meus Scipio meinsque germanus Franciscus Archiepiscopus Boundussignes in fidem fufeepri or clienselam magni wi patri Alexandri Cardinalis omnibus seculis prædicandi pluris mum fibi semper resulque suis accossifie præskelig senserunt. itaque degenerem merito me quisarguat spife je mihi patronum adoptem , in quo & heroicam illam maiorum tuorum indolem florere video, 🖝 præclaram inire concordiam cum fummo ifto honoris gradu fummam humanitatem. cuius fiquis nefcius audaciam fugillet meam , quafi munus tribuam tuæ magnitudini impar, is animaduertat velim, quædam effe, quæ plus artificio debent, quàm materiæ; alia contrà, vhi opus fordeat, plurimum ex materia habere pretij. Fac igitur, quæ à me elaborata sunt, parui esse aut nihili; at argumentum omnino probabitur, Sol nimirum intabula exhibitus, à quo nos fabularum nebulas amouere conamur. Ea res principibus viris congruit, tibi verò præ ceteris. Et calor è Sole, 🖝 splendor dimanat. Tu quum beneficentia emineas, qui sane calor est, quo vos Principes meritos homines, & fæcunda fouetis ingenia, ne in sterilitatem degenerent ; splendore tamen quàm maximè excellis. non eum dico, quo effulges ob clarissimos natales, & facram istam, purpuram, sed quem sapientia, quem virtutes large tribuunt, pietas A iij

in primis & magnificentia sacro magnóque principe dignæ. Accedit, quòd suasorem ad eam rem habui amplissimum, tuíque studiosissimum Octauium Cardinalem Bandinum, cuins domi meus hic sætus natus educatúsque est. Quin me hac ratione mihimetips cauisse, nemo non fatebitur. sunt homines hac tempestate adeo lyncei, vt vel in Sole maculas deprehendant, quid ni meis in scriptis quamuis de Sole loquentibus ? at profecto sub tui nominis patrocinio, quasi sub tutelari Genio, nihil mihi fuerit pertimescendum.

APPROBATIO.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiff. P. Mag. Sacr. Pal. Apostol. Cæfar Fidelis Vicefg.

EX commissione Reuerendiss. P. F. Hyacinti Petronij Sacri Apostolici Palat. Magistri, duo hæc Opuscula, explanationem scilicet Antiquæ tabulæ marmoreæ, & Expositionem zonæ vererem statuam marmoream cingentis à Hieronymo Aleandro Iuniore scripta quàm maxima potui diligentia semel & iterum legi, nec quicquam in iis, quod fidei, christianæque religioni aduetsetur, reperi. Imò verò elaborata, docta, eruditáque adeo omnia sunt, vt dignissima quæ typis mandentur, censuerim, &c. Romæ die 30. Maij 1616.

VINCENTIVS GRAMINIVS.

Digitized by Google

Imprimatura

Fr. Gregorius Donatus Mag. Reuerendifiimi P.Fr. Hyacinthi Petronij Sacr. Apoft. Pal. Mag. Soc. &c.


Typus antiquæ tabulæ ex albo marmore magnitudinis pedum fesquitrium ex vnoquoque latere.



Éxtat Romæ in ædibus Hafdrubalis Matthæi Marchionis Iouij.



EXPLICATIO TABVLÆ HELIACÆ.



dum poëtarum parens Homerus serias disciplinas tegumento fabularum inuoluens, præclaram animis hominum instillare veritatem suaui quadam persuasione conatus est. vt enim doceret, supremum illud numen, quem Deum vocamus, non cælestes tantum sibi sedes vindicare, sed & per hanc rerum vniuersteatem diffusum esse, suáque majestate atque adeo præsentia complere omnia, quæ aut oculis metimur, aut intellectu percipimus, Deos innumeros quibuslibet rebus, locifá inseruit. nec tantum ætheri Iouem præfecit, Iunonem aëri, mari Neptunum, terræ Cybelem, sed & montibus, pratis, siluis, fontibus, & fluminibus, vrbibus ac regionibus, cunctifq, propemodum terræ angulis suos tribuit genios. ac, vt cum

Maximo Tyrio loquar, Sober Miegs Opunpo d'reor.

Norat quidem præstantislimus vates (vel Iustino martyre tefte) vnicum effe fummum illum rerum omnium moderatorem atque opificem; verum

infixam iampridem mentibus hominum man-Yelar, roboratámque Orphei auctoritate, haud ita pronum erat euellere. At infeliciter res cecidit, nam deliniti homines Homericorum carminum suauitate, atque præstantia, quò magis ille (quis scit, an ex industria?) non credenda, ac prorsus indigna de Diis cecinerat, eò maiorem fabulis illis adhibuere fidem, adnitente humani generis hoste, cui optimam veritatis frugem adulterina femente corrumpere volupe est. Enimuerò illis, qui acriori iudicio præditi erant, licet integrum non foret, vnicum tantûm rudioribus persuadere numen, vipote qui veterum poetarum auctoritarem plurimi facerent, quibulq, à recepta de Diis sententia recedere religio esfet, conati funt tamen poeticis figmentis corticem detrahere, ac delitescentem, quoquomodo possent, eruere veritatem. ac minime quidem aut Apollini, aut Mercurio, cæterisve institutam ab antiquis venerationem prohibere, ne capitis fortasse discrimen subirent, quod olim Socrates; sed ita colendos docere, vt referrentur omnes ad vnicum illud numen, quem deorum patrem Plato appellat. Verum permoleftum compluribus videbatur, intellectu tantummodo peruestigare Deum, non etiam visu vsurpare; vt propterea Iudzos deriderent, quasi incertum Deum (quemadmodum nominat Lucanus) co. lerent, aut, vt ait Petronius, fummas cæli aduocarent auriculas, ac videtur Dauid non semel con-

TABYLE HELIACE.

queri in pfalmis, exprobratum illi este, vbi deus luus forer, quali nulquàm ellet, qui sub aspectum non caderet. Quapropter quum nihil Sole pulchrius, vtilius, in conspectum sese daret, Solem ipsum Deum arbitrati sunt, vtpote quem etsi non omnia corporis sui magnitudine occupare, terras tamen, ac maria vi radiorum peruadere viderent, atque animantibus & plantis salutem, ac vitam afferre, reliquis insuper astris lumen impertiri, cælumý; iplum conspicuum reddere. eleganter Minutius Felix in Octauio : In Sole adeo rur sus intende, cælo affixus fed terris omnibus sparfus eft; pariter præsens obique interest, & miscetur omnibus. erc. ac fanè vel iple Plinius, qui fabulo fam de diis persuasionem irridet, num quis præter Solem deus sit, ambigere videtur. quod verò de Sole canit Homerus, eum scilicet inspicere, exaudiréque cuncta;

Héxios 3' do moir' équeges, sei nour' énansuis; affirmari de Deo opt. max. tantummodo potelf. idé; maximum vatem allegoricos innuisse fatendum est, ne sibi aduersari dicamus; quum alibi Solem fabuletur non ante suorum cædem boum a sociis Vlyssis patratam cognouisse, quàm id ab aliis fuisset nuntiatum. Perspicuum sanè omnibus ex Pausania, Xenophonte, aliisque, vnum Deum Solem Persis creditum. tradit etiam Philo Biblius (Eusebio referente) ex sententia Saconiathonis, qui de Phœnicum theologia conscripsit, Solem apud Phœnices deum existimatum,

A ij

EXPLICATIO

quem Beellamonem vocabant, hoc est cæli dominum. Ex qua persuasione effectum est, vt quandoque apud scriptores Dei vocabalum absolute pro Sole positum inueniatur, quemadmodum libro secundo Emend. animaduertit Carrio. fortaffis etiam vox #2105 apud Græcos ab Hebræa, quæ Deum significat, originem sumpsit. At præ cæteris Macrobius primo Saturnaliorum pluribus argumentis euincere contendit, deos omnes ad Solem referri, idque vnum esse numen, quod sub varia nominum appellatione gentes venerentur. Quò etiam spectasse dicat aliquis antiquæ tabulæ auctorem, quam ex Romano marmore fignis parum prominentibus exculpto delineationibus ad amussim expression hic dedimus. in ea cum radiato Solis capite præcipua Apollinis infignia arcum nempe, & pharetram inspicimus; poculum item Bacchi hedera circundatum; clauam ac leoninam pellem Herculis, Mercurij caduceum. Erit etiam qui existimet, eum,qui tabulam exculpendam curauit (feu Romanus fuerit, seu Græcus) morem probasse Augusti, & Hadriani Impp. qui tametsi Romana facra reuerentissime colerent, peregrinas ceremonias contemptui habuerunt. neque enim Osirim hic inferuit Ægyptiorum, aut Horum, aut Anubin, non Affyriorum Adonin, non Phrygum Attinem, non Mithram Perfarum, 'non Hammonem Libyæ; quanquam & hosce sub nomine Solis comprehendi, Macrobius alique

Digitized by Google

TABYLE HELIACE.

afferant. Licet verò Liberi patris facra ex Vrbe, & Italia olim Senatus consulto fuerint exterminata, ve libro nono quartæ decadis tradit Liuius, & meminit Tertullianus Apologetico aduersus gentes, eins tamen veneratio pertinaciter semper adhæssit. Nam quod de Marte, & Ioue subtiliter nimis Macrobius differir, non tam theologicam, aut phyficam rationem sequi videtur, quam suz causse inferuire; quum totus in cam cura incumbat, vt legentibus perfuadeat, deos omnes ad Solé referri. Nos verò propriam quoque significationem huius tabulæ argumentis contineri arbitramur, quam in secunda nostri commentarij parte explicabimus. prius enim inquirendum, quibus rationibus præter eas, quæ à Macrobio afferuntur, quattuor ifthæc numina Apollinis, Bacchi, Herculis, Mercurij ad Solem referantur, cæteráque discutienda, quæ in tabula inspiciuntur.

SOLIS CAPVT RADIATVM.

PRæcipuum in tabula locum obtinet Soliscaput, non co modo effictum, qualis re vera Sol est, sed qualem existimabant, & recepto more colebant. Intuemur autem ad aliorum discrimen deorum magnis circundatum radiis; iusta sanè ratione, quum nullum sit corpus lucidum, quod projectis à se radiis tantum spacij transmittar, quantum sieri à Sole videmus. Itaque Solem Heraclitus sontem eælestis lueis appellitabat teste A iij

EXPLICATIO

6

Macrobio, quo exemplo & à Lucretio lib. v. largifluum fontem dictum feimus,

Quòd maria , ac terras omnes, celumque rigando Compleat , & calido perfundat cuncta vapore.

Dijs sanè omnibus radiorum corona, seu fulgens quoddam lumen appingi quandoque solirum, alibi à me doctum est. id propria quadam appellatione nimbum, vocabant, vt pluribus locis testatur Seruius. neque verò quis putet, cæteris quidem numinibus solidum tantummodo lumen, & quali continuum effingi consucuisse, Soli verò in radios dispertitum: nam & ijs, hominibusque quibus divinitas tribuebatur, dabantur radij. Lucianus de Dea Syria : mi ne vequin dx rivas popéd. & in Misanthropo, adulator nescio quis auream Timoni statuam verbis crigit xepauvor co The Silia Exorra, ver antivas out repays Plutarchus etiam in libello ad principem ineruditum damnat cos, qui artivoCarías imitabantur; & legimus apud Lucanum lib.vn. V LL. 1 623

Fulminibus manes, radijfque ornabit, & astris.

Suetonius quoque Aug. cap. xCII. Octauium Augusti patrem somniasse refert, filium mortali specie ampliorem cum fulmine, (*) sceptro, exunissque Iouis opt. max. ac radiata corona super laureatum currum bissenis equis candore eximio trahentibus. quam radiatam Iouis coronam Martianus Capella slammantem nominat. Falsus verò est Læuinus Torrentius in suis ad Horatium Comment. dum credidit, Iouis Anxuri imaginem in argenteo

TABVLE HELIACE. C. Vibij nummo radiatam esse. eum denariŭ appinxit Ful. Vrfinus in libro de Romanis familiis. plures verò videre mihi licuit in Mufæo huma-. niffimi viri Pompeij Pafqualini; atque is diligenter inspectis aio, nequaquam esse radios, qui caput illius Iouis coronant, sed prominentia folia fiue olex, quam Iouis fuisse coronamentum tradit Phurnurus, fiue lauri, de qua ita Seruius ad 1. Acn. ex additionibus è Fuldési codice sumptis: nec aquila, nec laurus dicitur fulminarı. Ideo Iouis ales aquila; Jouis coronam lauream accipimus, & quitriumphant, lauro coronantur. quod magis firmaretur, fi validiore argumento, quàm fit coniectura, Vrfini sententia inniteretur affirmantis, Iouis item Anxuri effigiem effe, quam ex alio denario profert in gente Carisia. Cæterum radiorum ornatus ad Solem var' Loziv referri videtur. quamobrem inter præcipua argumenta, quibus eundem cum Sole Martem fuisse Macrobius ad-Aruit, radiis eum infignitum enarrat apud quofdam Hispaniz populos. Przcipuè verò Arnobius lib. v1. contra gentes, vbi fabulosorum enumerat infignia deorum, haud alia re quàm radiorum ornatu Solem ab aliis distingui innuit. integrum locum præstat adscribere : Ecce, inquit, fi aliquis vobis nescientibus, or ignaris rex vrbanus or callidus ex foribus suis Solem tollat , & in Mercurij transferatsedem : Mercurium rursus arripiat, & in Solis faciat commigrare delubrum (vterque enim à vobis glabér, atque ore compingitur laui) deté, buic radios, 8

Solis capiti petasunculum superponat, quibus modis miternoscere poteritis, vtrum ne Sol iste sit, an ille Mercurius; quum babitus vobis deos, non oris soleat proprietas indicare? Nihil porrò aliud radius est, quàm imago lucis, seu species producta à corpore lucido, quæ quidem non discriminatim, sed continuato tenore essent discriminatim, sed continuato tenore essent nostrorum imbecillitati oculorum distinctis inter se spiculis, acuminats que apicibus exilire videtur. propterea acutos nominat Solis radios Phædra apud Ouidium Epist. ad Hippol.

Quòd fit auus radiis frontem vallatus acutis, Purpureo tepidum qui mouet axe diem.

Et quod cunque oblongum lensim in acumen definir, radij speciem gerere dicimus. eius imaginem obeliscis inesse animaduertit Plinius lib. xxxv1. Trabes, inquit, exeo fecere reges quodam certamine obelifcos vocantes, Solis numini facratos. Radiorum eius argumentum in effigie est, et ita significatur nomine Ægyptio.& in palme foliis Apuleius lib.x1. Metam quum ait: or caput decore corona cinxerat palmæ candiðæ folijs in modum radiorum prosistentibus. Quosdam etiam Æthiopiæ populos, qui capite vtebantur vice pharetræ sagittas ei circumponentes, id in radiorum morem facere dicit Lucianus dial. de Saltat. ELSEONTES aut de tinder to Bé-An-quemadmodum & Heliodorus lib 1x. Æthiop. hist. qui eleganter illam sagittarum circumpositionem describit: m/eyua 2 / TI xUR AUTEPE'S TH XEQ dy 2 a Esterres, C Toro Beren x T' t' xuxpor a Enteregentes, 3 Mai é สิยุณ-

TABVIE HELIACE.

itstepunetour 18 Berses meds 19 xeparin Ectiveray, Gis ixistas oil artivas eis B cartos megbebruray: circulari quodam inuolucro caput ambientes, itludá; sagittis in orbem configentes; pinnas quidem ad caput convertunt, cuspides vero ad instar radiorum extrorsum protendunt: quem morem pluribus locis tangit Claudianus; de nupt. Honor.

Attulit extremo Meroë circumflua Nilo. in poématio de Nilo:

Et gens compositis crinem velata sagittis. Mar Banegyr. in tertium Conful. Honor.

Jgnauas Meroë traxit de crine sagittas. lib. 1. doitaud. Stilicon.

Venerat & paruis redimitus Nuba fagittis. paruis ait, vt Heliodorus munpois Béneon. Id etiam animaduerfum in leonis iuba; atque ob eam cauffam facrum Soli id animal quidam fuspicati funt. Horapollo lib. 11. required a ter internation & Guor, C rais wer xopas morpedaus, & St acomov geogyilas, is Tal auto die Tro Cibis reizasi z ulunois n'a is ofer is tan ד אפייי ד עוף אבייע אייי איישידואימס, אבואאינטידוג די הפילג τοι πον τη ζών σύμ Cores: magnum habet caput hoc animal; or pupillas ignitas, faciem verò rotunda, or circumfusos radiorum more pilos instar Solis. quare & Hori folio leones supponunt, huius animalis cum deo illo similitudinem indicantes capropter funt qui autument, di-Aum iubar à iuba. Varro lib. vi. de lingua lat. Jubar dicitur stella Lucifer, que in summo habet diffusum lumen, sut les in capite iubam. & lib. v. cadron

EXPLICATIO T

40

stella vocatur iubar, quòd inbata. Vide & Festum Pompeium Eadem quoque de causa radij, & radioli, seu radiolæ dictæ sunt oleæ quædam. Isidorus lib. xv11. Orig. cap. v11. Radiolę, pro eo, quod oblongæ sint in modum radiorum. sic radij in rota appellantur ligna, quæ à centro ad circulum canthis inclusum ducuntur. sic vocatur textoria quædam instrumenta, & virgæ, quibus mathematici, & geometræ vtuntur. eadem ratione radiatam galli gallinacei cristam agnoscit Plinius lib.x. cap. xx1.& vetus poëta.

Crista riget radiis, ignea barba micat.

vt è contra Solem *cristatum radijs* dicit Claudianus. Phœnicis quoque caput radiatum fuisse innuit Lactantius Firmianus, seu quisuis fuit auctor elegiz de Phœnice:

> Æquatur toto capiti radiata corona, Phæbei referens verticis alta decus :

necnon Aufonius eo versiculo:

Ales cinnameo radiatus tempora nido.

quo loci fi Iofephi Scaligeri admittenda foret emendatio ex quadam eius epistola, quæ inter postuma opuscula extar, vt pro *nido* legeremus *nimbo*, nullo tamen pacto eius interpretationi acquiescendum esset. ineptè enim metaphoram ex metaphora petiisset Ausonius, dum caput, & collú phœnicis descripturus rubro colore aspersum, ad theatralem croci sparsionem eo vocabulo respicere voluisset. siguidem metaphorice sparsionem illam nimbum appellauit Martialis iis TABVIE HELIACE.

locis ; quos Lipfius adducit cap. xv1. de Amphi+ theatro: quocirca sumenda esset porius interpretatio ex Seruio, qui (vt & supra attigimus) affirmat, nimbum dici lumen illud, quo deorum capira cingebantur. quasi radiorum similitudinem affinxerit Aufonius phænici, non respectu rubri, aureive coloris, sed prominentium potius in capire pinnularum, de quibus Plinius lib.x. cap.11. cristis faciem caputque plumeo apice cohonestante.& Solinus cap. xxxv1. capite honorato in conum plumis extantibus, cristatis faucious, cina collum fulgore aureo, Grc. Tiaram vocat Physiologus Epiphanij: насан φέρ = i mi τω xequ λω. at in morem circuli effe testatur Achilles Statius lib.111. de amor. Leuc. & Clit. cóque circulo imaginem Solis referri, cui auis illa sacra esse dicebarur. ideóque pinnarum illa projectiones ano in manza ab co appellantur, voce de Solis exortu vsurpari solita. neque aliò (vt mea fert sententia) respexisse videtur Philostratus, quum phœnicem ex se radios emittere dixit.his enim verbis vfus eft lib.nI.de vira Apollonij cap. xIIII. einay Neva en alde in an the antice. &, ni fallor, allusir Claudianus de Phœnice ita loquens:

----- rntilo cognatum vertice sidus

Attollit criftatus apex.-----

Cæterùm in Aufonio nihil temerè muto;quum illud radiatus tempora abfolutè fit positum. subaudiendum autem vin, vel v ex, vsitato poetis loquendi genere, vt intelligatut in nido, vel ex nido. quippe phœnicem ex odoratis ramusculis, cinpa-

Bij

12

momo præsertim nidum sibi, seu rogum construere, testantur passim scriptores, quorum testimonia prudens omitto, Solino contentus, qui codem cap. xxxv1. rogos, inquit, suos struit cinnamis, quos prope Panchatam concinnat. Ceterùm, vt ad tabulam reuertamur, fabri vitio, incuriáue factum. crediderim, vt vndecim tantùm radij Solis caput cingant. duodecim enim exculpere oportuit, quum totidem Solari coronæ tribuerentur, teste Virgilio, qui lib. x11. de Latino Regeà Sole originem ducente sic canit:

----- ingenti mole Latinus

Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum Aurati bis fex radij fulgentia cingunt,

Solis ani specimen. -----

Eo numero duodecim menses designabătur, quibus annuus eius cursus perficitur. quod ex Artemidoro patet lib.111. Orsegneitucar, cap.xxxv. referente, quendam, qui somniarat, solem se factum esse vndecim insignitum radiis per forum progredi, consequurum quidem esse dignitatem, at vndecimo mense obijsse, propterea quòd perfectum radiorum numerum non haberet. Et apertius Martianus Capella de Nupt. Philolog. lib.11.

Solem te Latium vocitat, quòd folus honore Post patrem fis lucis apex; radiifque facratum Biffenisperhibent caput aurea lumina ferre subrosio Quòd totidem menfes, totidem quòd conficis horas. Quare minime affentiendum est Nonno, qui li-

11 - a

TABVLE HELIACE. 33 bro xxxvIII. Dionyf. septifidos radios Solis fuifse fic innuit:

Eππάνες ἀκήνας όπὶ πλοχείμοισι ἐλίξας. nisi quis ad septem celestes spheras referre hunc numerum velit; quemadmodum de septichorde lyra inferius dicetur. nam & Romæ in regione Templi Pacis colossum fuisse septem radiis insignirum, tradit P.Victor. coronam plane septem radiorum Martianus lib. 1. Palladi tribuit, innuens fortasse perfectam, absolutámque septem artium scientiam. Albricus philosophus in libello de Deorum imaginibus duodecim etiam gemmas Solari corone tribuit sic sciences : coronam verò capite gestabat Apollo duodecim lapidum pretiosorum. que succent e gemme, quáque serie connexæ, pluribus declarat Martianus, vt infra perpendemus.

A P O L L O S O L. Vamuis apud Homerum alius videtur Sol effe, alius Apollo ; plerique tamen poetarum, aliorúmque fcriptorum nullum inter ipfos diferimen statuunt. suere, qui crederent, Solis filium esse Apollinem; ideo Themistius Oratione xv1. nominat #λιον την στο 2000 F Anorrows, Solem Apollinis progenitorem. alij patrem dixere: Plutarchus libro de Oracul. defectu : ѝ είττ #λιος όσιν, είτπ κύειος #λίκ, κỳ πατήρ, ѝ ἐπέκενα τῶ ὁ εφατῦ παντός, στ sine Sol est, sine dominus paterá; Solis, cunctaá; visibilia excedens, & c.at nihil facilius Mythologi affirmant, quàm vnum, cundèmque cum Sole esse

B ij

EXPLICATIO

14 Apollinem; quemideo adole fentulum fingi folitum dixerunt, quod Sol, inquit Isidor. vIII. Orig. quotidie oriatur, & noua luce nascatur : sive ad innuendam, vt Phurnuto videtur Solis formositatem? vt enim nihil apparet Sole pulchrius in hac rerum vniuerfitate, ita nulla hominis etas adolescentiam pulchritudine anteit aut certe, vt alij autumant, quia Solis vis, calorque vnde vitam cuncta hauriunt, idem semper est, neque vnquam scnescit.

Sol feriper junenis, rapidum qui diuidis axem; ait vetus poeta: quia occidendo, inquit Fulgentius primo Mythol., & renascendo semper est iunior ; sue quod nunquam in sua virtute deficiat, vt luna, que crefcit, & minuitur. Intonsum quoque fingebant Apollinem, aureóque capillitio, longam significantes emissionem, aureumque Solarium radiorum fulgorem, vt allerit Macrobius. codem respectu jeuronium appellitatum præter eundem Macrobium testatur Phurnutus. vnde Martianus Capella lib. 1. de hupt: Philol. Solis, inquit, augustum caput radiis perfusum, circumatumq; flammantibus veluti auratam cesariem rutili verticis imitatur: Eundem radiorum iactum representant arcus, & fagitte, quibus Apollinem infignibant, vt Macrobius animaduerrit. Lucianus de Astrologia : 278 אבאוצ דעיה אסאמיה; דע לא באשי אות דע בין סטע למאים אמא פד Solis: iacula, que sane ego radiorum ictus esse coniicio.quamobrem Fulgentius primo Mythologic. arcum verd buic, fagittasq; conferibunt, quòd de circulo eius radij in

TABVLE HELIACE

modum fagittarum exiliant. Martianus lib.1 hinc quoque sagittarius, hinc quoque vulnificus, quòd possitradiorum iaculis icta penetrare. Eandem ob caussam non Apollini folum, fed & Diane fagittas tribuebant, quam Lunam existimabant, Phurnutus: באקרוביוטה דוויוני ע דבר אים A הלארטי ל אאולה להוי, A א דבונוה גל א סבאאוא, אל ידעדם אבף א ייצנינע עוע שידבף איג אמראקאין אין The worm of a for more and an the antiô fili , Apollo fit tibi Sol, Diana Luna; ob id enim vtrifque dant fagilitas ; radiorum illam in longum iaculationem quodammodo innuentes. Idem scribit Plutarchus lib. de Homero, & meminit D. Augustinus lib. v11. de Ciuït. Dei cap. xv1. quamobrem radij à Lucretio, & Ausonio tela diei, à Prudentio spicula dicuntur. Aliam quoque allegoriam sub Apollinaribus sagittis deprehendit Fulgentius : quod, inquit, suorum radiorum manifestatione omnem dubieratis scindat caliginem. Verùm id potius indicare voluit antiquitas, dú vaticiniorú præsidem statuit A pollinem. siquidem per ambiguitates, quæ diuinatione tolluntur, tenebræ significantur, quas fugat lucis exortus. Tripodem verò eidem tribuebant ad tres partes temporis notandas, quarum auctor Sol est, id Fulgentius videtur innuere, quú ait:Tripum quoque Apollini adijciunt, quòd Sol & præterita nouerit, or prasentia cernat, or futura visurus ftt. & Martianus Capella lib. vni. Ipfaq; tripus trini cursus prasagia pollicetur, hoc est extantis instantis, 654 rapti. dixerat etiam lib. v11. in tria fe spacia temporis cursus alternat, ideoque tribus dininatio memoratur.

16

posteriora verba ferri possunt in Martiano; propè tamen est, vt reponam, tripus diuinationis memoratur. Suidas quoque reinous, inquit, xt' Cois reis אפטיאה געמודבעט גוואיטה. צי בקדידם, האבואטידם, כ גואאטידם, tripus circa tria tempora vaticinatur, prafens, prateritum, or futurum. Cæterum musicus, &ceitharedus inducebatur Apollo, quia Sol omnia temperat, ve visum Georgio Codino in libello de Origin. Conftantin. & vniuersi harmonia est. Suidas : A To Na+ vos à razus xitalesus bus Apour ézer matifour. éver to nzion the To mentos appendian, Apollinis simulachrum fingunt citharam manibus tenens, quasi sol sit harmonia uniuersi. Quare musicum singi Apollinem ait Phurnutus, quòd Sol debita mensura feriat, regatque omnes mundi partes, efficiaté, vt mutuo cocentu concinnus vbique sit mundus nulla diffonantia apparente. Verûm de Apollinis lyra, eiusq; significatione non semel postea dicemus. Porrò ex temperie, quam Solis calor progignit, quum falus animantibus exoriatur, medicum indigitarunt Apollinem. Macrobius lib. 1. Saturn. Jdem auctor est publicæ sospitatis, quam creditur Sol animantibus prastare temperie. & mox: quia temperatus Solis calor morborum omnium fuga est. Aiunt præterea ex Sole præcipuè cordis vigorem pendere, calorémque naturalem, vnde & servatur sanitas, & morbi fugantur. Herbæquinetiam, quibus medicorum filij ad fanitatem tuendam, reparandámque conficiunt pliarmaca, Solis vi proueniunt. Sed & non hæ tantum, verum etiam omnes, quæ animantibus

TABVLE HELIACE.

17

bus victum suppeditant. ideo pastor Apollo dictus, boum quidem à nonnullis, ouium à Pındaro, equarum à Callimacho, vt omne genus animantes à Sole pasci significarent. Duas itidem aues Apollini dedicatas inuenimus, Cycnum, & Coruum, vt eius quidem candore dies, huius verò nigredine nox denotaretur. quæ fieri videmus Solis accessu decessúque. quod inquit Martianus Capella lib. vm. & apertius Apuleius lib. Floridorum Æsopicum enarrans apologum.

BACCHVS SOL.

Vod in tabula fubiacet lyræ poculum, id Bacchi effe nemo in dubium reuocauerit, quum magnum videat, quum anfatum, quum hedera circumfeptum. Ac proprium quidem Liberi patris poculum fuiffe Cantharum tradit Macrobius quinto Saturnal. quod poculi genus magnum fuiffe, docet Atheneus lib.x1. quapropter in antiqua infcriptione Arimini mentio eft Bacchi ftatuæ cum Cantharo. fcribit etiam Plinius lib. xxx11. cap. x I. C. Marium poft victoriam Cimbricam cantharis potaffe Liberi patris: quod & Valer. Max. refert lib. 111. cap. v1. Hinc Sidonius Baccho triumphanti cantharum dexteræ applicat, quafi præcipuum geftamen:

Cantharus, & thyrfus dextra, læuaqs feruntur, Sed & Arnobius lib.vi. in Liberi dextera pendens potorius cantharus. Itaque Virgilius Ecl. vi. aptiflimè.

EXPLICATIO

Sileno Bacchi nutritio cantharum assignat ansa pendentem:

18

Et grauis attrita pendebat cantharus anfa. grauem dicit, propterea quod magnus esset hinc verò patet, ansas habuisse id genus poculi, quemadmodum in tabula inspicimus. Scio equidem, aliam formam cantharo tribuià nonnullis, quòd in antiquis monumentis Bacchus effingatur cum ansato vale ventrioso quidem, at non lati admodú oris. verú is fortasse cotylus est, seu cotyliscus, qui vnicam tantùm habebat anfam, & Bacchi nihilominus proprius, testibus Atheneo lib. x1. & Iulio Polluce lib. v1. Tabulæ opifex nostræmagnum, latúmque poculum exhibere voluit, aut cantharum adumbrans, cui nauigij forma (forfitan ad dimidij oui speciem) inerat, aut phialam; quæ rotunda, & aut lebeti similis, aut balneorum cameræ, nec non vtrinque ansata, vt ex Athenço palàm eft. Quocirca Bacchi poculum phiala Ari-Îtoteli dicitur libro de Poërice, vbi de metaphora agit, docens, Bacchi elypeum pro phiała, Mar-tis phialam pro elypeo víurpari posse. quo loco fcite confiderauit Alexander Piccolomineus Cafteluetrium carpens, phialam intelligi, quæ forma haud longe distaret à clypeo, quò magis in ca metaphora proportio locum habeat. Huc etiam respexit Vitellius, qui magnam illam patinam à se dedicaram clypeum Minerua dictitabat, tefto Suetonio cap.x11 nec alia fanè ratione scutellam nominamus; quòd scuti formam quodammodo ge-

TABVLE HELIACE.

19

rat. à fouto cnim scutellam derivari tradunt veteres grammatici, Diomedes lib. 1. Cledonius, & Cosentius marte. Atque eò magis probatur, quòd Strabolib. xiv. in enarranda historia architecti illius, qui montem Athon in Alexandri simulachrum effingere meditabatur, phialam vocat, quam Vitruuius pateram dicit in præfatione libri secudi. Verisimile autem mihi fit ex forma, quam indicauimus, phialam pede caruisfe, vt ex Parthenio, & Apollodoro videtur innuere Atheneus, vnde illam pocillatores (testante Polluce) fummis digitis suffinebant. Verum ornamenti ratio habita est in tabula, in qua fabrilia errata non semel deprehendentur. Atqui hederæ circumplicatio eò magis Bacchi poculum arguit, quod propterea Ciffybium nominare posses. Pollux lib. vr. cap- XVI. 20 de mar illion maris aleter, a'q' & roy 20 inous, Ciffybium vero hedera ambit, unde & nomen sumpsit. tametsi ita appellari scribit Atheneus, non quod hederaceis foliis circundatum, sed quod ex hederæ ligno efficium effet. additque altera tantum parte fuisse auritum. Cæterum apud Nonnum lib. xIX. faltationum præmia à Baccho proponuntur maximi crateres aurei, argenteique hedera ornati. ac sanè id ornamenti genus poculis indebatur, quare Trebellius in Claudio ex epistola Gallieni exhiber difcum corymbiatum, lancens pampinatam, pateram hederatam ex argentot Cur verò Baccho hedera facra? si fabulas audiamus, ob Ciffi commutationem. is ex Barchi fal-

Cij

20

TABVLE HELIACE

tatoribus erat, qui quum ex faltu prolapfus interiisffet, in hederam versus dicitur, vt refert Constantinus Cæsar lib. x1. cap.xxx1. Aliam fabulam narrant alij, nempe infantem Bacchum à perquirente Iunone hedera occultatum. Ouidius tertio Fastor.

Nifiades nymphas , puerum quærente nouerca, Hanc frondem cunis appofuiffe ferunt.

Plinius tamen lib. xviI.cap.iv. Antiquitus (ait) corona nulla nisi Deo dabatur; ferunté; Liberumpatrem primum omnium imposuisse capiti suo ex hedera. At Phurnutus ideo Baccho tribui hederam scribir, quòd eius folia vitis foliis, corymbi racemis vuæ fint fimiles. quod nescio quis apud Plutarchum. confiderat lib. 11I. fympof. quæ 1I. fabulam vero. fapit opinio de vitis feracitate, putator eius hedera fuerit redimitus; quam vide apud Constant. Cæsarem lib. v. cap. xx1v. Alias caussas assignat Festus: in tutela, inquit, Liberi putabatur esse quia vt ille iuuenis semper, ita bæc viret. vel quia ita omnia, sicnt ille mentes hominum, illigat. an non potius quia. habet hedera mieupa parias ézeptitor te i a Dazumitxi fpirinum quo furor excitatur, & commouetur, vt vilum Plutarcho? an verò quia hedera antipharmacu est (vt loquitur Isidorus) ebrietatis?æquum enim fuit, vt Bacchus, qui vini potum inuenit, malis etiam inde enascétibus succurrerer, quemadmodum Plutarchus eod.lib.nI.Symp. & Atheneus lib. x v. confiderant. quam fuisse quoque Varronis sententiam innuit Seruius ad vill. Eck.

TABVLE HELIACE. 2 T. Virg. fiue id efficiar hedera refrigerando, vt præter nuper laudatos auctores Clemens quoque Alexandrinus affirmat Pædag.lib.11. c. xxv111 fiue quia sua illa acrimonia vapores digerit in cerebrum sublatos. An igitur hederæ corona poëtis datur, quasi vinosis? idem Seruius loco laudato: Hedera autem ideo coronantur poëta, quoniam poëtas semper vino plurimo manifestum est vii, Gr. nam vinum non immoderate sumptum incitabulum ingenij videtur esse ad virtutes, & litteras; quod & Plato non negat. qua de re Plutarch. fympof. vil: quæst. x. aliter tamen alij. Hedera coronantur poëta, inquit Seruius ad vil. Virg. Eclog. quasi Libero confecrati ; qui etiam vt Baccha infaniunt. vet quod fenoper virent hedera, sicut carmina aternitatem merentur. Dicendum tamen, poëtarum præsidem statui Bacchum, quia non alius est ab Apoline..ideo & Musas ei comites addunt. Diodorus lib. ul. de Bacchi peregrinatione loquens: quad si res rus poulous aura ouva moduceiv, aiunt quoque Musas cum co peregrè inisse. Quòd fi Apollo Sol, itidem & Bacchus. atque ipfa hedera, quæ modò alba dicitur, modò nigra, diem fortasse, noctém que indicabat, quemadmodum de Apollinis cycno, & coruo dictum eft. Si A pollo vates, similiter & Bacchus, vt Macrobius docet. si medicus ille, hic etiam medicinæ peritus, vt Plutarchus auctor est 11I. Sympof. illum Graci arepeoxy un, hunc dizative dixerunt, vnde Tibullus :

C iij

EXPLICATIO

Sobs perpena est Pbabo, Bacchoq, innenta,

22

Nam decer intonfus crivis virumque deum. In fuper in viriulque eurela Parnaffus erat. Lucanus lib. M.

----- Parnaffus gemino petit athera colle Mons Bromio, Phæbóque facer, cui numine mixta

Delphica Thebana referant Tristerica Baccha. Eapropter (vucliaimus) etiam sub Baccho Sol intelligicur, vu plunibus docet Macrobius. Itaque Bacchantes sic Ouidius IV. Metam. inducit canentes in Orgiis:

Confpiceris sela. -----

& cum Eunolpus nominat in Bacchieis carminibus apud Diodorum libro primo.

- א קדם לעווו בעייע השור כו אמני גווונסו דעוווויש א.

- Sidereuna Dionysum igni radiante cornfrum.

Ac quòd plutes ex Philosophis, Empedocles scilicet, Anaximander, Xenophanes, Democritus, Metradorus, Plato ipse Solem rati sunt aut ignem este, aut exigne constatam massam, ve videre est apud Plutarchum de placit. philos. lib. 1L. cap. v1. & xx. fabula exorta est, Bacchum ex vero matris perustre, tanquàm ex igne prodiisse estganter vetus poeta:

Sic Apollo, deinde Liber sic videtur ignifer. Ambo sunt flammisscreati, prosatique exoignibus. Ambo de comis calorem, & ambo rudios conferint: Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris. TABVLE HELIACE. 23 Arque ad indicandam radiorum proiectionem aureis cornibus Liberi frontem infignibant. ex quo eum Græcizguozzone cognominarunt. Horatius lib. 11.

Te vidit infons Cerberus aureo Cornu decorum. Sidonius Apollinaris :

----- caput aurea rumpunt

Cornua, & indigenam iaculantur fulminis ignem. Quod vero Liberum tradunt totum obiisse orbem, vt est apud Diodorum lib. 11. quid aliud, quam folarem excursionem commostrare voluerunt? nec minus tigres, lynces, pantheræ velocissima animalia eidem sacra Solis pernicitatem denotare queunt quanquam funt qui credant, ideo adscriptas Baccho huiusmodi animantes, quòd calidifimiz fint; vt de panchera præcipue te-Ratur Philostratus primo Imaginum. Concinnte existimant alij, maculosas carum pelles stellatum cælum fignificare, 1 quod de hinnulea pelle, qua Bacchus amiciebator, aperte libro primo prodit Diodorus is verbis: Qao N tres C & irappa auto 8 S receidos 200 5 7 depan nomulias acting ay; nomuli quoque ideo nebride Bacchum amictum effe dicunt, vi aftrorum variotas significetur. id ex Orpheo fumpfit, qui hinnuleam Bacchi pellem dixit effe A grow Sugat rear perpensed Teps to notolo.

apud Macrob. primo Satur. cap. xx. nam fideribus Sol constitutus est moderator. Martianus hb. 11.

ExPLICATIO

Nam medium tu curris iter dans folus amicam Temperiem fuperis, compellens, atque coërcens Sidera facra deúm, quum legem curfibus addis.

24

At verò quia fœcunditatis largitor Sol est, Bacchum falacem finxerunt, & Priapi parentem, fatyrósque ei addiderunt, nec non sacris eius phallus circunferebatur, testibus Eusebio de Præpar. Euag. & Augustino lib. v1. de Ciuit. Dei, qua de re nonnihil etia Arnobius aliíque. Porro descensus Bacchi ad inferes, Solis occasum commostrat, quo recidit (ve Ennius loquitur) in infera noctis. Nec omnino insuperhabendum quod scribit Plutarchus quæst. Rom. xxvnI. Bacchi iusiurandum sub tecto minime fieri, id enim eandem rationem habere videtur, qua Tertullianus cap. vuI. de Spect, affirmat, Solis effigiem non sub técto templis sed in aperto collocari solitam, quum Sol se omnibus semper videndum præbeat. Qua de re & Isid. lib.xv1. Orig. verbis ipsis à Tertulliano mutuatis, Vitrutius lib.1.cap.11. Ioui fulguri, or Calo, or Soli, or Luna adificia sub diuo, hypathrag; constituuntur. horum enim deorum & species, or effectus in aperto mundo, atque lucenti prasentes vider mus. Indiam à Libero patre subactam perhibent. quia Soli ca regio maxime subiecta, & vi radiorum quasi perdomita. color incolarum id arguit. Solinus de Indis Loquens : vim sideris, inquit, prodie hominum color. Plinius dixit colore præferune fidus.

HERCY-

TABVLE HELIACE

HER, CVLES SOL.

Claua cum superaddita Leonis pelle Herculis funt infignia. quem alienum à natura Solis neutiquàm esse, quibus dam argumentis euincere contendit Macrobius cap.xx.lib 1. Saturn.præcipuè verò ex nominis etymo, quod hisce verbis tradit : Et reuera Herculem Solem esse vel ex nomine claret Heracles enim quid aliud est, nisi deges id est aëris, uxées id est gloria? que porrò alia aëris gloria est, nisi Solis illuminatio, cuius recessu profunditate socculitur tenebrarum? que explicatio ita arrissife Pontano videtur, vt cam versibus comprehenderit lib. I. de Stellis.

----Herculeo lætus cognomine, quando Difiicit aërias nubes , lumenque ministrat

Aëris ipfe decus, decus & fua gloria cæli. aliam etymi rationem sectatur Porphyrius, cuius hæc verba leguntur apud Euseb. tertio de Præpar. Euang. cap. 11. neæxia ävre megoniner de ræ axãada avre acos talea, ao avar se solor iora; Herculem ipsum vocarunt ex eius in aëre refractione, dum ob ortu ad occasum pergit. quamobrem ab Orpheo in hymnis sue indigitamentis dicitur Hercules zeors natup, quin duodecim labores, qui Herculi tribuuntur, ad Solem signiferi circuli domicilia percurrentem referti, idem Orpheus innuit iis versibus:

 $\mathbf{T} \mathbf{D}_{\mathrm{box}}^{\mathrm{b}}$

26

Os and near topsis no, is vinna uirayar, Δωδεκ ανσ αντολιών αχει δυσμών αθλα διέρπων, Qui validè fers auroram, noctémque nigrantem, Sex bis ad occasum exantblans certaminu ab briu? perspicue Porphyrius apud Eusebium : Subre Si לא אב כא נוס ציווי למטילם המוא הי יד ל בבואי לומוף לסבטוב & Custon to or a Corport of the philon res : duodecim laboriofic certamina effinixerunt ; quasi (ymbolum affignantes duodecim celestium signorum. Eius quoque arma, claua nimirum, & pellis leonina vim exprimunt Solarem. idem Porphyrius : porazor Si aural & Acordes welesoon, & who & displanting plus upon & nand & Calor inquestion igoos; clauam illi, or leoninam pellem accommodant, alteram, ut indicent in aqualitatem motus, alteram verò, quonia vires suas in leone pracipue ostendit. Ac præter ea, quæ de leone ex Horapolline ante protulimus, obscurum nemini esse arbitror, leonem Soli dedicatum esse, solaréque animal vocitatum, adstipulantibus Plutarcho IV. Sympol.& Proclo lib de facrif. & mag. Conftat etia ex Æliano lib: x11. de Nat. animal. Solis domicilium ideo ab Ægypuis Leonem effe constitution, quod igneum sit id animal. lubet hic in medium afferre, quæscribit Macrobius primo Saturn. cap. xxr. Ægyptiis; inquit, animal in Zodiaco confectance ea cali parte, qua maxime annuo cur sol valido efferuer calore. Leonifque inibi signum domicilium Solis appellants quila idianimal widerures natura folis fabstantiam deducere. primumą; impetu & calore prestar animaliai, vt prestat Sol sidera : validusque est leo pectore, & prio-

TABVIS HELIACE.

re corporis parte, ac degenerat posterioribus membris. eque folis vis prima parte diei ad meridiem increscit, vel prima parte anni à vere in estatem; mox elanguescens deducitur vel ad occasum, qui diei, vel ad hiemem, que anni pars videtur effe inferior. idémque oculis patentibus, atque igneis cernitur femper, vt. Sol patenti igneógs oculo terram confpectu perpetuo, atque infatigabili cernit. Solem quoque cum leonino capite effingifoli> tum, docuit ex Lutatio, aliifque Laur. Pignorius penitioru antiquitatum solertissimus indagator in Expositione Mensæ Isiacæ. Præter clauam, & pellem tertium armorum genus Herculi tribuebatur, nempe arcus, & fagittæ.ideo à Tertulliano dicitur Scytalo-fagitti-pelliger. id esse radioru symbolum suprà docuimus. quod vt magis in Hercule pateat, ipfum ab Apolline fagittas accepisse feribit Apollodorus lib. 1. Biblioth. quin ait lib.primo, ab Apolline læuum Ephialte oculum, dexterum ab Hercule sagittarum ictu effosso. qui sit ephialtes, compettum est medicis. praua quædam affectio est, quum quis le noctu ab alici inuadi, grandíque mole opprimi imaginatur. id malum tum innati caloris vi, tum die superuenionte, abscedit ideirco finxir vetustas, gigantem fuisse Apollinis Herculis, fagittis confectum. Nec tantummodo sagittatorem, sed medicum quoque fecerunt Herculem, & divinatorem, & mulicum, vt cum Apolline omnino connecterent. Medicinæ peritum fuisse, tradit Plutarchus. in Amator. ideo non minus arque Apollo dregi-Dij

Digitized by Google

reros dictus, vt videmus apud Lucianum, Helychium, Macrobium, alios. cius epitheti ratio est, quòd omnium rerum salus à Sole pendet. Porphyrius apud Eusebium tertio de Præp. xx9 3. פאדע גבצואטגאל לבו ד לאדואוטי ל אאוטר, ארטאגלע מטדטי הריσιπον, eo quod mala ab inferioribus bifce Sol procul expellas, Herculem ipsum dixerunt. Audiit ctiam vaticinator, vt testatur Plutarchus lib. de EI apud Delphos. quapropter Apollini tripodem rapuisse traditur. quin auctore Apollodoro l. 1. Biblioth, + relnoda Basaloas, namondua (Es partier idier, aucto sripode propriam sibi vaticiniorum sedem construxit. Herculem quoque usonytrue inuenio, quod Apollinis cognomentum erat, vt Paufanias in Atticis, Plutarchus Sympofiacis meminere. ideo Romæ templum fuit Herculiac Musis commune, non propterea quòd Euandrum literas docuerit Hercules, vt visum Plutarcho quæft.Rom. Lix. aut quia mutuis operis, (+) pramiis inuari, ornariq; deberent Musarum quies desensione Herculis, virtus Herculis voce Musarum, vt ait Eumenius Rhetor Orat. de Scholis inftit. sed fortasse ob rationem illam Theologicam, qua Hercules idem censebatur cum Apolline Musarum deo. Corona Herculis populea diei, noctifq; vicifitudines ex Solis ortu, & recessi demonstrabat : sunt enim populi folia altera ex parte albicantia, ex altera nigro virore infuscata. Probus ad vil. Virg. Eelog. Physica Herculem tempus dicunt interpretantes, ideoq; populum: ei adsignari allegoricos, ut quia bicolor fit, partes temporis accipere poffimus, id eft noctis, atque diei. Quod terrarú orbé peragraffe traditur, quid aliud, nifi perpetuus Solis excurfus defignatur? Aiunt etiam penetraffe ad Inferos, nimirú vt Solis indicarent occafum, quo fub terras ferri videtur. Per Apollinis tripodem fignificari diximus tripertitú tempus. ad eandem indicationem introductum videtur Gerionis figmentum ab Hercule perdomiti, quod Tzetzes perfpicuè innuit Chil. II. cap.xxxv1.quod autem de aureis Hefperidum malis ibidem ait. Nuuqas mis üegas Neperla, y unda a stegas,

Nymphas horas dicentem, of mala aftra, corum subindicat sententiam, qui fabulam de Hercule ex hortis Helperidum rapiente aurea mala eo interpretamento prolequuti funt, vt pro malis aureis stellas intelligerent, pro Hercule Solem, cuius aduentu stellæ è cœlo abripi videntur. fanè enim Hesperides Noctis filiz & ab Hesiodo in Theogonia, & ab Hygino libro fabularum dicuntur. & horti illi in Mauritania fuisse perhibentur, vt ex fusco incolarum colore nocturnum tempus co magis denotaretur. Figmentum de quinquaginta fæminis, quas Hercules vnica nocte compressit, vim Solis genitalem designat, quæ terrenæ fœcunditatis auctor est. ac propterea numerofam Herculi prolem tribuunt Plutarchus de Frater. amo. & Apollod. lib. 1I. eadémque de caussa Hermulz, qui tam Herculis, quàm Mercurij gestabant effigient, cum arrectis virilibus figurabantur, vt apud cos vi-

D iij

TABULTADIEN.

30:

dere est, qui voreres statulas asseruant, & meminit Macrob. lib. 1. Satur. c.xix. nam fationi, & generationi penem attribuebant, vt ex Porphyrio tradit Eusebilis in de Præp. Euang. Obseruat etiam Plúcarchus quæst: Rom. xxvin1. cos qui Hercutem iuraturi essent, sub dio prodiisse. id quare instituture, suprà indicausmus, quum de Baccho loqueremur. De illorum etiam opiniono verba habuimus, qui Solem ex igne constatum essent. quod fortassis occasionem fabulæ dedit de Octeo rogo, quo combustus Hercules ad sat. xi.

quqd & elegans Antipatri epigramma innuit de Baccho, & Hercule:

Appoint Sign An bruth proges, Einera & onta,

NECels, Aforth, Hundand St, MATHYM.

id nos olimita latinum fecimus:

ji C

Ex Thobic ambo; fou chail, pralia amuntes: -OI Hunc Hyrfi, hunc clause pondera ferre iuuat. Parq; tolumnarum pofitus, par cultus in armis. Hic cerui expuias, ille leonis habet. - Virique ara crepant : funb graue numen otrique. E serra ad superos unis virumque tulit.

Digitized by Google

TABVES HELIAGE. SEE eun ab té "Ioresi mu, jum apué allos cellocis. CONTRACTOR INCOMPANY Hismel Isagi Inshoha Montoen . AraDi Caducoigni ; arque adecrad Menourijeum Phæbo connexionem veniendum eft, quosum communem aram in remplo Iouis Olympici fiville madit Paulanias lib. y. Mercurium vereres illi Mythologi juuenem imberbem ac Ious filium æquè ac Apollinem finxerunt. A las capiti, pedibulque addiderunt, ve velocem Solis exourfionem exprimerent. Nuncium dixere, quod Sql lucis beneficio, que secreta sunt seque incognita patefaciat. narme 2 de Zerezzes, & Surcedon (a moiei, enneta emm reuelars, or confficua facir, air Arcomidorus lib. 11. Fur creditus, nam & Sol furari, ac rapere widetur, ideo Cleanthes, apud Macrobium, Lycium Apollineni appellatum notat, quod veluti lupi pecora rapiunt, ina ipje quoque bumorem eripit radius, (quanquam fuisse lupum Apollini facrum ob magnú oculorum acumen testatur enarraror Arati) vel quia vmbraspopulatur, vt loquitur Pomanus primo de Stèllis autquia, ve sentit Macrobius primo Saturn. cap. xx. in eum omnia terrena redeunt, dum immillo zatore rapiandurs Lucri , mercatoruma deus habitus oft Merougius; qu'd die, per lucem mercimonia, & contractus peragantur. Musices fuisse inventorem à Plutarcho libro de Iside, & Osiri & a Comencatoribus in Homeri Odysteam readituri, quod Apollini Mufarum Deotributum elle, neminem fugit. ideo lyra vtrique communis r. T

Digitized by Google

132

tum apud Horatium, tum apud alios auctores. Gallus in eius tutela fuisse fertur teste Luciano inSomnio, Fulgentio lib.1. Mythol. Albrico Philosopho in libello de Deor. imaginib. vigilantissimum animal, quódque Solaris numinis particeps dicitur à Proclo in lib. de Sacrif. & Mag. quin & Soli facrum erat auctore Paulania lib. v. Refert etiam Albricus, Mercurij galerum ex dimidia parte album, nigrum ex altera dimidia fuisse. id quod diem ex aduentu, noctem ex decessus Solis procreatam designare poterat; quemadmodum suprà dictum est de Cycno, & coruo Apollinis, de Bacchi hedera, de populo Herculis, Fingebatur ctiam nunc è cælo ad Inferos, nunc ex inferis ad superna commeare; quoniam Sol ab exortu suo in cælum quodammodo se tollere videatur; sub terram properare, quum ad Occasum declinat. Inter cætera verò, quæ de Mercurio dicuntur, præcipua est fabula de Argo multis insignito oculis ab codem interfecto, quo nocturnum cælum vel Macrobio reste significatur, cuius stellæ quasi innumeri oculi ab exoriente Sole enecari videntur, dum eorum aspectus hominum oculis eripitur. quæ allegoria elegantisfimis decantata est versibus à Pontano primo libro de Stellis. Porrò somnum ac vigilantiam, orrum atque obitum Sole auctore fieri, qui temporum vicissitudines moderatur, indicabat virga Mercurij, de qua non nihil Homerus v. Odyss. & Virgil. 17. Aen.cuius hi sunt versus.

Tum

TABIVILIA HELTACE.

Tum virgam capit : bac animas ille euocat Orco Pallentes , alias fub triftitia Tartara mittit :

Dat fomnos, adimitque or lumina morte resignat. Virgam hanc, fiue caduceum ab Apolline traditum Mercurio sumpta ab eo lyra, refert ibidem Seruius, & Hyginus lib. Aftronom. at Apollodorus lib. in I. lyram à Mercurio data scribit ob acceptos ab Apolline boues at quum fiftule quoque cupiditate Apollo teneretur, quam itidem Mercurius compegerat, vt possessor illius fieret, cum virga permutauit, qua boues pascebat. cam Apollodorus & Levon pacos appellat, verum Martianus tricolorem facit, auream scilicet in summo, in medio glaucam, in imo nigram Quid fibi vult huiufmodi figmentum Solis vis fortaffe innuitur, quæ vniuersa pertingit. quippe auro cælum denotatur, colore glauco aër, atque aqua, terra verò inferiori nigredine. At de caduceo, eiusque significatione videndum omnino, quod pluribus differit Macrobius cap, x1x.lib.1.Saturn. vnde reliqua etiam argumenta, quibus Mercurium Solem este adstruit, petere vnicuique licebit. Nec filentio prætereundum quod ait Athenagoras Apologia pro Christianis, Mercurij virgam fymbolum fuisse concubitus Iouis & Rhez, seu Cereris, ex quo orta Proserpina. siquidem id peregisse sub forma draconum traduntur. quod ætheris ac terræ coniunctionem defignat ad frugum procreationem. idq; ad solis vim pertinere, nemo ignorat. Figuram caducei, qualem descri-

E

34

bit Macrobius, intuemur passir in nomismatibus, aliisque veterum monumentis. at diuersus abiit nostræ tabulæs sculptor, qui & duplicem, triplicemve nodum, & capita serpentum auerfainon introrsum spectatia (vt loquitur Seruius)effinzit. Virga caducei, fi audiamus auctorem hymni in Mercur. qui Homero tribuitur ; ek quodametri4 folio viderur fuisie, siquidem minimar verum in tabula arundinem effe cernimus; idque non ex nihilo factum existimare licer.quid autem fi dicamus lagittas indicari? ex artídine enim fie> bant, vnde pa'flim apud poëras arundo pro fagirta vsurpatur. & sand in hac tabula superior cadu= cei pars similitudinem ferri habere viderur, quale sagittis infigisolet. sagittis verò Solis radios significari, in superioribus demonstratum est. sed & virga latinis radius dicitur, Græca (ini fallor) origine jacos. Fistula ctiam arundinea indicari poteft; nam & hanc Mercurio tributam, præter Apollodorum, quem suprà adduximus, referont Isidorus III. Orig. & Albricus lib. de Deorimag. quia verò è septem cannis compacta erar, septem planetarum orbes præmonstrabat, earumes harmonica's conucrsiones. qua de re Seruius, & Iunius Philargyrius ad Ecl. II. Virg. Scripturam quoque denotare arundo potest, quippe calamo, fiue artidine feribi folitum apud veteres Perfius: Inq; manus charta, nodofaq; venis avundo. 21011. Aufonius: and the states of the states

Nec iam fiffipedis, per calumivias winder Calor

Graffetur Gnidiæ fulcus arundini , 100 Pingens aridulæ fubdita paginæ Cadmi filiolis atricoloribus.

Ar Mercurium litterarum fuisse inuentorem restantur Philo Biblius ex Sachoniathone Phoenice apud Eusebium lib. 1. de Præp. cap. vr. Dio+ dorus lib. 1. Quintilianus lib. 11. cap. v.I. Plutarchus lib. 1x. Symp. Tertullianus de Corona mil. cap. viil.& deteftim. animæ cap. v. & Caffiodorus Variar. lib. vul. epift. xII. Quod & de Apolline innuere Hyginus videtur. Quod fi nummus C. Mamilij, quem vidi argenteum, ex vno latere Mercurij caput habens cum petafo, ex alio virum petafatú cum baculo, & cane, cam interpretatio nem reciperet, quam eidem adaptare tentat Pierius lib. Lvil Hierogl. metationem etiam intelligere per arundinem diceret. credidit enim Pierius, virum illum cum baculo effe Mamilium cum arundine, ac notam in nummo LIMETAN. putanshoc.pacto diftinguendam L I. M B T A.N. limitibus metandis exponit, ignorans Mamilios Limetanos cognomine dictos fuisse, quemadmodum docer Euluius Vrsinus in libro de Famil. Rom qui ctiamirecte virum illum in nomismate Vlyffeni effe exiftimat à cane domi agnitum post peractam peregrinationem. ex Telegono enim Vlyfis filio originem ducebant Mamilij, vt liquetex Dionyfiolib. rv Liuio lib.r. & Fefto Poma peio. Cum pileo fingebatur Vlyffes, vtpote peregrinantis habitu, itaque apud Heliodorum v. Dij

36

Æthiop. Calasiridi Vlyffes in somnis apparet xuulu who The xequines Graningues pileo capiti superimposito. Nicomachum fuisse, qui primus Vlyfi addidir pileum; constat ex Plinio lib: xxxx: cap! xi&que id quidem vmbellatum (ve sic dicam) quale in nomilmare inspicimus ad arcendas æstus, imbriumque iniurias erfi clamme non eft, cumgalericulo quoque pingi solitum Vlyssem, quemad> modum etiam Mercurium. quod innuit D. Hieronymus ad Fabiølam de vestion facerdor Quars um genus est , inquiv, westimenti rotundum pileohon, quale pictum in Vlyffeo conspicimus, quasi sphara media fit diuisa, & pars una ponatur in capite. hoc Græci, or nostri ndeges, nonnulli galerum vocane. Et land ab furdű non fuerit existimare, Mercurium terminalem Deum, latifundiis metandis præpofitú fuiffe, pam mensuras inuonisse so pondera, testatur Diodorus lib. v. quum præterea Geometriæ inuentio nequaqua sir ipsi inuideda, vtpore qui artiu repertor à Cassiodoro dicatur, & Geometriainter Mercurij administras à Martiano Capella conuncretur.Originem fumplisse Geometria apud Ægyp+ tios testatur Herodotus lib. 1. Strabo lib. rv1. Servius ad III. Eclog. Virg 1& Indorus libr III. Orig.ob rerminospossession confuse altuilone Nili necinepte quispia putauerit, disciplina hanc Ægypuos hausile à Mercurio, à quo & Astrologiant doctos, teltatur Iulius Firmicus. nam. Geometriæ inuentionem apertis verbis ei tribuit Ho. mericharator, quumair: Epuns & Aus re) Maiger 0

TABVLE HELIACE.

אידאשויים אמוז , וציו שי כי מי ארשי הטוג ידנטית טע גוב אוב בטוףבto zedu water, is usonice, is maraispan, is requercian. לאר C Tou's EAN luns Tetraly avor abor 2 הרחות C לדטוג כי rde jupua olog an a five, Mercurias Louis ad Maia Atlantiadis filius; dum inter bomines ageret, quattuor maxima inuenit, litteras, musicam, palastram, er geometriam. proposea illum Graci quadrai un effingunt, er ib gymnasis dedicant. Denique illud ad memoriam reuocandum eft, adhibitam fuisse arundinem in agrorum ; aliarum ; rerum metationibus ; wnde cap. xxI. Apocalypi. qui ciuitatem Dei menichatur, mensuram arundineam habuisse dicitur. & apud Ezechielem cap. xL. calamus menfuræ nominatur, quo viebantus ad dime nuonem ædificiorum. cuius calaini fit mentio apud Auctores de li mitibus agrorum, ac decem pedum fuisse dicitur. quare hodieque instrumentum, quo metiri aliquid solemus, nomen cannæ yulgo retinet. Parr à rerminales deos non solum Mercurium, fed & ipfum Apollinem, nec non Herculem, Bacchumás creditos fuiffe, ex iis, que mox addemus, perspicuum fier.

al al 1000 for Erin G.A. RuPil V. Succession and be set balance much control of the post of the rules Examplexis frondibus, floribus, pomis, frugung spicis, quodin tabula contucmur, in sele pendens ingamentum lemniscatum (encarpus Vitrunio dicitur lib. 1v.) telluris focunditatem vi Solis prouenientem dubio procul præ-

A lost of a lost

E ni

monstrat. atque huc referenda totius tabulæ interpretatio, vi mox videbimus. Sol enim est; qui pers-hiemem semina souet, verno tempore sata cuocat in herbas, acstores, æstate arque autumno percoquit, persicitque. non enim duabus hise tantum, sed & reliquis etiam anni partibus fructus accepti seruntur, idá; designabant in Cea reris saccepti seruntur, idá; designabant in Cea

- 11 Tostepest as duit missare gele diesalaare, 111200000

HE, & Ouvreen. 10 Ceres multum falue, multis alimentis abundaps, male Et quemadmodum calathum albis crinibus equi de-- cell, tar ferunt concord, tors al equi tar for both

Album ver, albam æstatem, atque biemem ferens:

omnia tamen, vidiximius, ad Solem referenda. is enim est, qui teste Platone in Crat. ποιχίως i ών me sugududus car me yns; suo carsa varies fingit, qua canque rerra progignite & (vi Macrobij verbis veras) ipse gameraturniuersa seminando, souendo, producendo; ulendo, augendóque. Quapropter ad Siciliæ indicandam vbentatem, Solis boues in ca infula stabulari sas

38

TABVLE HELLACE.

· 39

transfer i statisti

bulatus est maximus poëtarum. (tametsi Plinius aliam huic figmento assignat causam lib. 11. cap. x c v 1 1 L.) licet enim sint boues per se fertilitatis symbolum, vrinstid se dabit occasio demonstrandi, id tamen magis sit perspicuum, quum carum dominum Solem persibent. Plane verò nostro huic Encarpotassinis est tamus ille sint olivi, siùe lauri, quem lana circundatum omnis generis stuctibus dependentibus ante Apollinis ædem statuebant Athenienses in Festo Pyanepssorium, vt Suidas auctor est; qui addir, codem Festo sacum quoque fieri solitum Soli, & quattuor anni tempestatibus.

The LOY ROAD

TN tabulæ venbilico fita efelyra, fou cithara, wt Lad fingula pertinere numina indicetur, quorum infignia circumcirca funt adiecta. Ac de Apolline quidem & Mercurio ambigir nemo, úquidemullum Musarum ducem dixerunt, & ferò nunquam fine lyra effingebant; hune citharz, fistulæq, perhibent inuentorem, atque adeo ipsius musices, vesuprà doctum est. Loquuti quoque sumus de Hercule Musarum, cuius imaginem cum cithara repræsentat antiquus nummus Q. Pomponij Mulæà Ful. Vrfino, akijlý; exhibitus. Ac chharedicam quidem à Lino Herculem didicisse tradit Apollodorus lib. 1 I. Theocritus tamon in Herry one ait, Linum Herculi fuisse prz-1.121-22.01 шį E

40

ceptorem in litterarum, & doctrinz studijs, Eumolpum verò in musica. Herculis tamen magistrosnominatos reperio apud Eusebade Præpar, lib.x. cap. 1 il. non Linum tantiim, sed & Orpheum, & Museum. Baccho verò nónne Musas comites addiderunt, vt suprà palam secimus nónne poëtarum præsidem indigitarunt? Audi Horatium:

Bacchum in remotis carmina rupibus

CVididocenteri. Grander and Horas of the test Sed & Callifratus instatuarum expositionibus meminin cuiusdam Bacchi statuæ lyram thyrso fulcientis. Innuere autem Plutarchus videtur in lib.de Animæ procreat. è Timæo, plerifq; deorum data mufica organa eius funt verba : 01'm mdλαι γεόλογει σρεσθύπατοι φιλοσόφων όντες, όργανα μεσικά Prior carge les a par peror in the we regar they is adopt shar, veteres theologi philosophorum antiquissimi statuis deorum musica instrumenta in manus posuerunt, non quasi sas byra tantum or tibia infontre vellenti, sed ut ostenderent, nullum esse opus, quod dijs magis conueniat, quam harmonia, co concentus. Verum lyra hæc noftra Solis exprimit lyram, hoc est cælestes conuerfiones, quibus Sol constitutus est moderator. Orpheus hymno in Solem:

- Auream lyram habens, concinnum mundi cursum trahens.

vsurpare xurous viderur Orpheus pro cælo, vt incertus

TABVIE HELIACE. incertus poeta u. Anthologias mathematicorum irridens vannatem: Xapout'oi met wasper del many tes oupla. Szapud Latinos Lucretius : : durabe and durant - micant æterni fider a mundi. Carullus ctiam : 8. Maro: Maro : Maro La La Maro 201 Anno 201 Ann

----- wosô clariffima mundi-

Lumina.

-E. A. Lumina. and the block of the latter Ince non Haratius: the Elith Scheduly of

Si fractus illabatur orbis.

Manilius ireminitio Aftron & pluribus alijs los cis Prztei postasalij quoque feriptores Plaro in Timzo: o du nas spares, i ubo pus; i is dinio, at nort in pue Conduces us xis an Nyorro. Plinius lib. 11. Mundum hunc, quod nomine alio calum appellare libuit, co. quin propriant effe czli appellationem innuit Macrobius lib.1. in Somn. Scip. cap. xx. fed ipfum quoque calum. quod vere mundus vocatur, Hc. & lib. 11. ca. x1. vude or mundanus dicitur, quia mundus proprie calum vocatur : Ac fant Seruius ad v. Eclog. Virg. ex Porphyrio affirmat per Apollinis lyram, cælestem monstrari harmoniam. Crediderunt plerique ex antiquis philosophis, verè sonum excitari ex cælestium circulorum motionibus. at eam sententiam explosit iure optimo magnus Aristoteles intelligenda est igitur vniuersi harmonia, cum in stellarum corporibus, orbium interuallis, conversionum celeritatibus apto ordine

ne and

3.5

42

dispositis, nullommen edito lono, tum in concinna elementorum compage, ac etiam in temporum vicifitudinibus æquabili dimensione sibi mutuo succedentibus. quæomhia regete Sol vedetur dux (ve ait Cicero) & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, or temperatio. Cæterum Apollinis lyram septichordem fuisse, liquet ex Macrobio 1. Saturnal. lyra Apolionis' chorsdarum septem tot calestium sphararum motus præstat in telligi,quibus Solem moderatorem natura constituit. Sidonius quoque Epithal. Polemij, & Araneolæad idem exemplar feruatum ait effe feptenarium numerum in lyra, cithara, fiftula. fic apud Euripidem Iphigen in Taur Chorus de Apolline verba Faciens nominat regador évolarors rupas. Fabulam sectatur Callimachus hymno in Delum, quum ait, hunc numerum ideo ab Apolline electum, quia matre ipsum pariente modulantes olores fepties infulam volatu cinxerant. Septenarium fane numerum Phœbo facrum effe tradit Plutarchus ix: Sympof. & lib.de EI agud Delphos. verùm Fulgentius primo mytholog. Apollinari lyræ decem dat chordas, quod humanæ vocis decem esse modulamina dicar. Ad nostram tabu+ lam quod attinct, neutrum numerum seruasse sculptor viderur.

C V M V L I L A P I D V M. PRætereundi in tabula non sunt lapidum cumuli, quibus clauæ Herculanæ, Mercurialésq.:

TABVE & HELIACE.

virgæ innituntur, neque enim temere crediderim esse exculptos. Repetendum est igitur memoria hosce lapidum aceruos in triuijs erigi solitos à prætereuntibus in Hermularum honorem. Nou orowpoussion els multis rë épuë, lapides aggeratiin honorem Mercurij dicuntur à Scholiaste Niçandri in Theriaca in Anytæ epigrammate i v. Antholog. cumulus ipte ita loquens inducitur: entroq man lepor Equein de ma Saminores éxevan 100 an

Ανθρωποι λίθινον σωεάν .-----

Sacram Mercurio me prætereuntes fuderunt o

Homines lapidum congeriem. Helychius, Epurios ropos, nois oupse & rigar spice Cois on TOIS oddis zivondous eis tiple ? 908: crodios 200, Mercurialis aceruus significat cumulos lapidum Mercurijin vijs coaceruatos in eius del honorem; est enim vialis: ac profecto crossor dictum effe Mercurium quali viarum præfidem, alibi quog testatur Hefychius: Erostos, inquir, Epuns novpo. quidnam est illud moupor? nihil fane. Phauorinus in lexico legiffe videtur de mapo. at non fatisfacit neque enim tanrummodo in infula Paro Mercurium vialem venerabantur, vt Syntag. 1 x. de Dijs gent. sensisse videtur Gyraldus deceptus, opinor, vulgata Hefychij lectione. deprauatum effe locum autumoex scripturæ compendio, vt sæpe accidit, legendumq; & mapeda. nam & huiusmodi lapidum Arues dictas infpicimus in Sybillinis carminibus. demaposion algue our zupane. as de Mercurio ita Phurnutus: isponer Si is in this oddis. is coodes regently E ij

EXPLICATION 1

in uis collocatur, ac vialis dicitur, of dux, ve eo duce rebus in omnibus werentur: prælettim vero eo mis bois missionski in vijs ambiguis, vt extitamateie refert Suidas: hoc oft in trivijs, & quadrivijs. Proinde non prorfus affentior Hidoro ajenti in gloffis: Mercurius, lapidum congevies in regione quadamediuofa ita conquerens inducitur lib. 1 v. Antholog.

Ou morralisie zapais spuns, sie warpozegimes, 2

To main montibus delector Hermes, nec in collibus

Sed st plurimum itineribus gaudeo. nisi mondum sit in verbis Isidori, ac dicamus, al-Judererad formani voluille, qua ftruices illæagger rabannir id contracte bapin colliculi ; feu meiz Ipchicht, ideoky soorpiones vocabantur. Siculus Flaccing de Condin agror. alis congeries lapidum pro tennainis abfenuant, en fompiones appellant ... & securit feveni pali liquei pro serminis dispositi sunt aut congenies lapidum aceruatim tongesta sunt, quos scorpiones appellate era or co quod origines Gracis dicebatur capillorum in pucris turulus in conum fastigiatus, ve Scaliger observauit Commen. ad Aernam. Porto statuebantur pro terminis huiusmodi acetui, quia in Mercurij honorem aggerati, qui totiminalis est Deus. Diffimulare tamen nequeo, etiam in motibus id terminorum genus quando-

TABVLE HELIACE. que politum patet ex verbis Frontini lib. de Co-Ioniis, vbi de Agro Ecicylano loquitur : Termini werdrosundi, or spatule curforie conftitute ; per montes vero congestiones petrarum, or termini. Incertum, vnde mos iste fluxerit. plures tamen originationes congerit Phurnutus : regoupouson St TSG Albers Tois épudis. Évasos à napiornar, éva tiva durois racesticis, à cis ארייטועשי דו אפן אפועטיאטי דם העם מטדםט באפנדטה הסומי, אל דע אשר לעוֹוְבוּוּ דוֹנוֹ באלי , בוֹדב וושר דט דטול עביסה דטי באוואי , בוֹ TE US GTOTOHLAINO CLEVOS Theo Eis auton Humin, EI LENSEN alto "แก่งาาการองโอาหลัก สอาร์ตั้ง เก้า te อันอิน Xore por tois mapison to apidpilla moior, il te toes ou Borov to in unpor mepsorou esaiter de megapinor xoger, hoc cft, accumulant Mercurislapides, quicumq; enim illac praterio, vnum adojett, fine tanquam vtile quid faciens , quodq; omnium communiter intersit, dum via purgatur, siue obtestans Mercurium, aut vo venerationem ipsi exhibeat, finibil præterea habeat, quod ei offerat; sine ot Mercurij collocationem prætereuntibus faciat manifestiorem; aut innuat, ex modicis partibus orationem constare. Ex caussis, quas affert, prima valde arrider. vrenim fus Cereti, Baccho mactabatur hircus, quia hic vitem lædit, ille segetes, ita Mercurio viarum præsidi struemerigebant saxorum, quæ per vias sparsa impedimento videntur esse ivineribus. Huc fortasse respexit Virgilius in epitaphio infignis enin lignei, quam lapidei fratuzinontakmablurun - Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista Sepultus: 🗸 Nocte, die tutum carpe viator iter. fiquidem peremptum graffatorem viatoribus F iij

40.

infestum sub aceruo lapidum tumularunt, quasi Mercurio viatorum deo tropheum erigerent, aut anathema quoddam dicaront. Fors autem voram huiuse consuctudinis caussam præsermiske Burnutus. quum enim superstitio inoleusser Hermas statuendi ad terminorum custodiam, aut viarum indicium, id perser sussicorum manu stebat, qui falce pro scalpro vtebantur. Virgilius in Culice:

flli falce deus colisur, non arte polisus nec ablurdum fuerit existimare, quosdam sat has buille, saxa coaceruare rotundum lapidem ad capitis similitudinem in fastigio adaptantes. postea vfu inualescente, quium facri censerentur Mercurio huiulmodi acerui, erigi quoq; cœperunt ad iplius simulacra. Nescio, an quid tale voluerit Scruius, à Danielio publici innis factus, cuius hac sunt verba ad viri. Aeneid, dum loquirur de Mercurio, filisique Chorici Arcadiæ regis :quem quum illi im monte dormienem innemisson, manus ai amputanerunt; unde or iple Gyllenius; or mons dicis tur. nam Graci nutive alique mutilatos parte corporis. dicune, unde etiam hermos vocamus quosdani stimutas in modum fignorum fine manibus . videnir legendum vnde csiam Hermas vocamus quofdam sumulos in modum, erc. nili pro stimulos, quis malit stipites. tam enim lignei, quàm lapidei statuebantur Herma. VIpianus Demosthenis Icholiastes Eura, i ritor 7-אַמֹּזְמָשָּׁטוּ. אומעי באפידור טילידי באווטע באמינט. אומי או כי דע Theat in this going and , ligna fen lapides erant qua-1

TABVLE HELIACE. drati, Mercurij faciem desuper habentes, subservero in corporis planicie epigrammata.

Quidius II. Fastor.

Termine, fine lapis, fine es defoffus in agro.

Tibullus lib. 1. Eleg. prima.

Namveneror, seu stipes babet defertus in agris, Seu vetus intrinio florea serta lapis. La ctantius lib.1.cap. xx. Et huic ergo publice supplicatur, quasi custodi sinium deo, qui non tantùm lapis, sed etiam stipes interdum est. at videntur statuæ omnes priscis temporibus informi illa forma essingi solitæ, vnde Hermatum nomen datum singulis. Tzetzes Chiliade x11.

Epuns sey outuras aidpine & o rapos T 219an,

Hermes & omnis statua, & cumulus lapidum. quin Strabolib. xv. Herman appellat hominem quendam brachiis carentem. Scribit verò Tzeezes Chiliade prima, statuas prius esfingi solitas sine manibus sine pedibus. primum fuisse Dædalú, qui manus addidit pedelá; & perfectas esfecits vnde orta fabulosa persuasio, moueri solitas Dædali statuas. Idem testatur Suidas, & Themistius Orat, xv1. apud quem pro maximus, rescribendum coniectaueram maximus, aut quid simile; at Perauio assentior viro docto, & eleganti, qui monet, illa voce non quadrupedem eo loco signisicari, sed informem statuam, ac pedibus indistinctis. quadripedem dicerem, hocest quadrato pede, modo per Latinos censores liceret. Vt verò ad la 4

20230233

EXPLICATIO

48

pidum congestiones revertamur, cius moris originem ad fabulam deflectit Didimus ex Anticlide ad x1v. Odysf. ait enim, Mercurium propter Argi necem reum coram diisà Junone actum, iudicum sententiis damnationem eualisse, calculoíq; omnes atros alboíq; ad eius pedes à iudicibus projectos. exinde confuenisse mortales, quos in media via lapides offenderent, ad latus in cumulum coaceruare honorandi Mercurij gratia. quod si nobis quoque licet in sectandis fabulis EMniken, sciendum, tributam fuisse Mercurio to Se T Inque permete, vaticinationem per calculos, qua ex Apolline didicisse, refert Apollodorus Atheniensis lib. 111. arque horsumeriam trahi posset consucrudo illa coaceruandorum lapidum. Quid verò dicendum de Hercule Saxano; fiquidem & Hercules non minus quàm Mercurius vialis deus, ac terminalis consebatur. Pluribus id patere potest argumentis, at abunde testabuntur versiculi ex Epigrammate Leonidæ lib.1, Florileg. ביו אם אל קבוואידבה מדמף קדו זיוי, וו דב חדדי מ אפטיה Αμμες όρων Φυλακες, διασί γεοί, ών όμων Ερμάς, · Oiov opns u', outos N'atreps Hpan Jons, &cc.

Qui hanc properatis viam fine ad agros Ex oppido, fine ab agris tenditis ad vrbem,

Nos terminorum custodes duo dij,quorum hic quidem Mercurius,

Vt vides me, hic autem Hercules, erc.

nec.mirum,hosce deos terminis, atque itineribus præfectos

TABYLE HELLACE. 49 prefestos fuille; quum verumque maria, ac terras circuncursantem finxerit antiquitas, illum tanquam nuntium, hunc tanquam fingulas regiones ab infestis monstris, & tyrannis liberantem. Quin ait Dionyfius Halicarn. Herculem in defertis locis vrbes condidisse, flumina diuertisse, quæ campos inundarent, excisis petris aperuisse vias in montibus, semitas in viis, aliaq; molitum, quæ mortalium vsui esse arbitratus foret. Porrò Herculis Saxani mentio est in antiqua inscriptione Tiburtina. id cognomentum fortaffe an adeptus est exfabula, cuius meminere Aeschilus in Prometheo, Strabolib. Iv. & Hyginus lib. Aftron. Ajunt fiquidem innumera barbarorum multitudine oppresso quondam Herculi deficientibus telis Ioué fuppetias tulisse magna vilapidum, quibusille seste tutatus hostes fugauit. Aliam de saxis enarrat fabulam Apollodorus libro fecundo; Hercule nimirum obfidente Ilium, Telamonem, qui cum co crat, priorem ingressum este vrbem; quumq; Herculem id ægre ferre animaduertiffer, proximos adiacentes lapides colligere aggreffum, Hercule verò quid nam faceret interroganre, aram se Herculi Callinico excitare, respondisfe: eamq; rem ab Hercule laudatam. Tertia ex Ouidio addi potest lib.vlt.metamor.de iudiciariis calculis. nam quum Mycilus quidam damnandus elset, voto Herculi facto calculi omnes, qui nigri in vrnam demissi fuerant, albi extracti funt. Sed nonne & Apollo terminalis, vialife

G

EXELL CHATYOAT 30 deus viel arguin nummus Augustis louite corpon hice chibernus fumpoum - and interesting and interesting มูโกปี แป้งรู้คน (รถมหนุณหารรรมสาย.a.p & tyrannis l ab infolkis monthis. pinO.mor illeH all arraC tia CESAR IMP 27.5.) pos instalarent monthous, forhitas IN THE REPORT OF LEVEL ADDITION le Engel Strands av an Odde an cielis Saxari

ex commentarijs! Lænini Torrenbij ad Sueronium nifi forte in radiorum coniectatione eadem bic fuerit pictoris hallucinatio; qualipfi Tartonio impoluit in nummo Louis Ankurij de quo superius Venini qui Augustum recordatter filium le Apollinis ambiciose vendirantem, facile fibi peistradebir, terminine cum fulmine abico culum in nomilmate ad fourm illumis to Bac-Nus indicandum, Apollinis, fue Solis caput magis, quamalius muninispozenlike: danduonin quitining the polar is trapos anachuminat nillog A ma, opificio quanda que claboraca, luggeria Paus fanias lib will. Necabre Ayusis, hocieft Miarum præles voczenselt A pollo, vo Macrobiusafasig ciulo; limulacia quemadmollum isi Mercurig Herculifq; in vis francebantur dooer Phurnutus a) Abis Si entoroput (Enter Star Tas Specusais de mais digitais. Kamuzal zap: mume, ne manpai paro 1 avartares. Agyeus merito pominatur, ve pore cuius statue in vijs collocantur hase ninexoriens for mine imples.

TABYER HEREACE.

propterea statuarum Apollinis Agyei non semel meminit Paufanias. Non abfimili nomine appellabantur lapides quidam Apollini dicati, quos in vestibulis statucbant Suidas. apyles Se est nieveis ogo Anger or isan me T Super isiss de paris autous il 2002-Darros, of St Storooou. of St augair. Agyens est cippus in acumen definens, quem pro foribus collocant. bosce verò dicunt quidam Apollini facros effe, nonnulli Baccho, ambobus alij, hic fanè lapis fimulacrum illud Solis sue Heliogabali apud Phœnices referre videtur, quod nihil aliud efse tradit Herodianus lib, y, quàmingens faxum ab imo rorundum, ac fenfim fastigiatum, ad coni propemodum formam. Quod verò factum etiam Baccho censebatur, inde palàm fit, ipfum quoq, Bacchum viarum præfidem existimatum. quum enim & is terrarum orbem obijise dicatur, quid mirum, fi vias optime callere putaretur? Apud cos fane, qui vetera monumenta colligunt, non paucas videre est terminales statuas, hoc est quadratos Hermas cum Bacchi capite, fiue etiam Priapi, qui Bacchi falius, necnon Panos, Sileni, fatyrorum, qui eiusdem co mites ferebantur, hinc Siluanus tutor finium Horatio dicitur! ac Bacchi fimulacra ante fores ædiu Ratui folita, testatur Suidas verbo Maeines.nam de Mercurijs notares ex Thucidide, aliis q; iter enim recte aufpicari credebant falutato deo itinerispuziel currapid Petronhum maneni confees furiadorate fodera qua naugationi pracise pusahanus Vincesing; quhm in Hermas incidif-Gü

Sŧ

EXPLICATION

fent, lapidem venerabundi in cumulum proijcie4 bant, cuius rei mentio quoque est Prouerb. cap, xxv. sicut qui lapidem mittit in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem? fic habet vu lgata verfio, quam tuctur præ cæteris Martinus Delrius in Adagial Jacris, vbi etiam fuse hunc morem persequitur at Bedarecte interpretatur, ctim, qui stulto honorem defert, perinde errare, atq; is, qui vanum Mercurij numen colit. nam lapidum illa proiectio in aceruum, quoddam erat(vt diximus) venerationis genus. Eleganter verò Prouerbiorum auctor stultum præcipuè confert Mercurio, qui apud Ethnicos disciplinarum Deus habebatur, quasi corum quoque fugillet stultitiam, qui id crederent, & vanitatem carpat vani illius cultus. vt omittam stolidos, ac bardos Hermulis illis comparari folitos, qui capite tantum infigniti cætera informes crant: Iuuchalis fat: vor 1.09 oralloo - Nil nifi Cecropides, trancoq; fimillimus Hermę. Cæterum prophanus hic mos ad hanc víque diem traductus viget quibusdam locis penes rusticos, ac prorsus ignaros homines. siquidem iter facientes saxa, aut glebas ad sacella congerunt, quæ in trivijs, aut quadriuis excitari solene. Imerrogati quidant in agro Patauino, cur id agement? nimirum (responderunt) vt viæ fastidium alleuetur. idd; aicbant ab:antiquis quali per manustra-ditum. Porrò apud veteres quoque non modo faxa, fed & glebas existimari potest in aceruum coniectas, vt de cespitibus videtur in -

ι:

TABVLA HELIACE. ABETE Fostus Autenus in Ora maritima: Est Herma porrà cespitum munisio.

estimate **PARSOALTERA**.

CCitum est, quod animaduertit Tertullianus, DErnnicos, vbi fabularum puderer, quas do Dijs commenti fuerant, ad interpretationem rerum naturalium confugisse, ac dedecus suum ingenio obumbrasse Diaboli ca fuit versutia, vti Ipecie lucis excarer, quemadraodum aiebat La-Etantius. nam quum doctis viris nequaquam satis else inspiceret poetarum auctoritatem ad falfas de dijs opiniones comprobandas, ansam præbuit immorandi, ingeniumq; exercendi circa moralia ac physica interpretamenta, vt hocsaltom nomine inania illa figmenta, que vulgaribus hominibus impoluerant, neuriquam damnarcent Empedoclem præcipue deorum naturas ad elementorum facultares adaptasse testatur Athenagoras. Sed & palim id receptum, liquet omnibus] qui libros eucluunt. Hoc quoq, voluisse tabulai nostræ auctorem, nullus dubito. ac aliqua forsitan superstitione ad id ductus fuit, observare enim licer, effigies illas, quæ myfticas rerum naturalium allegorias continerent, pro amuletis habitas. hinc turpiculæ illæ tes, quæ pueris collo suspendebantur, vt Varro ait, ad auertendum falcinum. hinc Hori imago tot annularibus gemmis scalpta, tot ærcis præbijs cusa. arque alia hu-G iij



EXPLICATION

\$4

- <u>5</u> 1 - 1 - 2

iulmodi apus cos fand squi verera monumenta conquirunt, asseruant q; quamplures in serigemmarum sculpturas, que tabulam nostram emularividentur: duas exhis exprimendes hic curaui, in quibus Mercurialis virga in clauam Herculanam abir. altera verò & spicas haber, & papauera. akters Delphinem, & Amalthez cornu Ret Del phinemfignie generation and the send of sight



fe de dij, opinis nes con probatidus, an kra præ-Duit immerund, inceliante externel dura ficari Apollo poterat, qui in cum pilcem com-

mutatus quondam dicitur, quemadmodum mefest Homerus hymno:in Apolt yr omitram in antiquis etiam nummis Delphinem inspiei tripodi superpositum. sunt etiam qui existiment, apud Izycophronen lubinomme Statines meis Solem inbelligi, auquorex hoc pifce Apollinem cognominatum effe Sezoluss testatur Parphyrius lib. ril.de Abltin. ac forralle facri cenfebanqui delphines: Apollini, fine Soli ob pernicitatem, 8 præradiantes oculos;

---- it's 200 Beres is regularasus and and - I Trouving Profiler to a pic repetitions on analy - QEUMATER LITER JOL OPEN HELL THE ATTEND all mam teli inflar per mare and and a state H D

Digitized by Google

TABVIE HELTACE. 39 Volant Glammeumq; lumen emittunt otulis Acutifimum.

ait Opplanus Halieut Ilis II. Et fané non aquatihum modo bestiatum, sod & terrenarum omnú esté Delphinum velocissimum tradit Aristoteles lib. 1 x. cap. xivit I. do Hist. anim. quod & ipsun refert Achanus sib. xn. hist Plinio lib. 1x. cap. vnI. Ocyar volucre, ocyar telo dicitur. ac de staturz leonis (quem Soli factum este docuimus) cum delphino similitudine vide cundem Achanum sib. 2007 and antimilitudine vide cundem Achanum sib. 2008 antimilitudine vide cundem Achanum sib. 2009 antimilitudine vide cundem Achanum sib. 2008 antimilitudine vide cundem Acha

Incessit, totumq; tulit prædiuite cornu

Autumnum.

Verùm vbertatem rerum atq; affluentiam hisce designari symbolis, nemo non percipit. claua Herculis malorum indicat depulsionem, Mercurij virga largitionem bonorum. siquidem apud Homerum hymno in Mercur. Apollo caduceum Mercurio spondens italoquitur: OABS, E masmo Suow azersania paßoby, MA Felicutaris, E dinitiarum dabo palchram virgam, id terra, marique contingere optabant, ideoq; contu illud Amalthez, & Delphinum adiecerunt. nam, vt canit Phocylides apud Stobeum, Angor napre Acoust Amalthez cornu. 56

nec ablonum est, mare per Delphinum delignari, qui cæterorum piscium quodammodo rex est. reliquis enim præstare aquatilibus ait Oppianus, quantum præstant aquilæ volucribus, leones feris, dracones reptilibus. De sis & papaueribus, quæ in altera gemma visuntur, quid attinet dicere, fertilitatis esse indicia, quum id compertum sit omnibus: Eusebius profecto 11. Præpar, Euag spicas, & papauera Cereri adscribi, tradit, quød & Phurnutus scribit. Porro huiusmodi symbola quum passim vsurparentur. Senatus Commodum Imp, adulans dessectere ea voluit ad felicitatem illorum temporum indicandam reuso nummo, cuius exemplum



hie exhibemus, quale etiam impressum extarin Ant. Augustini dialogis de veter num. cog magis; quod per Herculanam clauam Commodus iple designabatur, qui Herculem se dici, & credi insano iussu voleban adiuncta sunt autem Capize cornua, nam, ve air Dion Prusseus, 70 Sauge Anies zieges pludes ray 7 aza fei Show re res di Saugessar, Amalihez cornu bonorum indicat, largitionem, cofelicitatem TABVLE HEDIACE.

felicitatem, Quocirca, si diuinare licet, tabula noftræ auctor cam fortalle pro amuleto in sua quapiam villa ad agrorum conspectum affixerat, vt Soli vbertatis largitori hoc honore exhibito, rerum fœcunditatem ex agris prouenientium fibi polliceretur, fiue ex æqualiter librato quattuor elementorum temperamento, siue ex quattuor anni temporibus felici decursu succedentibus. Neque divinationem hanc noftram prorfus irrifum ibit, qui legerit apud Constantinum Cafarem lib. II. ad herbam disperdendam, quæ leguminibus infesta, appingi à quibusdam in testis consueuisse Herculem leonem suffocantem, casque testas in angulis, medioque aruo apponi folitas. adeò superstitionibus addicta erat antiqui-1.2 2 20 04 2 tas.

enduel à l'anceper de la conserve muit in Oders A • QVATTVOR APOÈLINIS ARTES.

Vòd fi non omnino quis amet, allegoriam elicere phyficis rationibus fultam ex fabulofis hifce argumentis; scire tamen aueat, quid tabula vniuersa denotet, hoc est, quid sibi voluerit Tabulæ auctor, dum quattuor illa numina, siue eorum magdonua simul coniunxit, satis sibi fatum fortasse putauerit, si dixerimus, quattuor Apollinis autributa innui, sagittandi scilfeet peritiam, diumationem, musicam, medicinam. quæ Callimachus Hymno in Apollinem histe versibus enumerat:

57

EXPLICATIO

Arte præterea nemo tam copiosus, quàm Apollo. Ille sagittatorem sortitus est virum, dle poetam, Phæbo enim & sagitta curæ est, Acarmen. (item) Jllius etiam sunt calculi sortilegi, & vates. ex Phæbo Medici didiser unt depulsionem mortis

& Horatius carmine seculari :

Augur, & fulgente desorus arcu Phæbus, acceptus ýs nouem camænis, Qui falutari leuat arte feffos Corporis artus.

Apud Ouidium quoque 1. Metamor. Phæbus ipfe Daphne fugienti hasce quattuor artes iactat. Sed & apud Maronem x1I. Aeneid. Iapis medicus ijsdem muneribus à Phæbo donatus traditur. Apollo itaque arcu pharetras, instructus, qualem in tabula:inspicimus, iaculandi artem, peritiams; designabit, hoc enim præcipuum eius munus. quo sit, vt tàm sæpe apud Homerum, alios si poëtas instructus, instructus, enderse, enderse, enderse, si autiat, ut & à latinis scriptoribus cognominatur iaculator, sagittarius, sigittiger, sagittipotens, arcupotens, arcitenens, pharetriger, vulnificus, vnde telarum deus à Tertulliano un in libro de

TABVIED HELIACE. 59 Corona milit. Ar vaticinatio per Bacchum intelligetur, fiquidem in Thracia adytum fuisse fertur Libero patri confectatum, ex quo ederentur oracuta à varicinatoribus, qui plurimo femero imbuiffent, quod Macrobius primo Saturnal ex Aristorele, qui Theologumena scripsir, didicisse ferrefert, & liquido Euripides de Baccho lono Iconum: The Lugar in robing a partie Er ranup Mains St & Saluar o'SE. y jap Ban x biorper, Kaj to useries SES, planticlus to the Eyen Mon A T M Vates vero deus hir est, etenim ipfa bacchatio, Ipfaq; infania magnam vaticinandi vim habet. quod & Plutarcho lib.de Oracul. defectu probatur. quapropter in Bacchi certaminibus victoris præmium Tripus erat, congruus veritatis, index, vt lib. 11. ait Athæneus, quia scilicet non mentiantur ebrij,

Condita quum verax aprisprácordia Liber, vt inquit Horatius. Medicinam nemo ambiget per Herculem fignificari, cui axéménese cognomentum adhæsst, quits mortem vicisse traditur. eius siquidem institutum suit orbem peragrare, vt ingruentes passim morbos depellerer, quos poetæ tyrannorum, monstrorum institus indigitarunt, vtpote corporum carnistices, ac voratores. es 25 ser pelær, tre g zer vere sidesmu at sampes, vt enim à feris, ita 5 à morbo corrumpument carnes, ait Artemidorus lib securdo cap. L 1 x. sed & cap. x11. leonem efferatum præfagire morbum tradit; este enim morbum car

Нij

EXTRALICATION A 60 feræ fimilem i vomirum non fir Arriburum Her culi exunium leonis tanquam Auerrunco, morborumá; triumphatori. Mulicam verò per Mercurium innuis quis cat inficias? is enim mulica inuentor fuisse fertur, primusés lyræ compactor, qua non tantum Amphionem, fed & Apollinem, mulafq, iplas instruisse dicitur. Philostratus primo Iconum: The Duear to or quo aparos Epuns min-Eastai regener regener Suoin, ray Euro is jetuos. is domoas NE + A TONG, & This Moutas, Augion To OnBaig Suesv ; lyram feitum inuentum primus Mercurius compegisse perhibetur, ex gemino cornu, iugo, en testudine; en post Apollinem , or Masas, dono dediffe Amphionis tu: quapronter in Bacchi certaminibus .onebant politik A**nni** Santa conmus velitatis kulon, QVATVOR MVNDI ELEMENTA.

S Atiustamen duco, physicam interpretationem tabulæ argumentistaccomodare.quumq; lyram in medio infpiciamus mußcæ indicem, mundanam voro mußcam fateatur Boetius ex quattuor elementis constare, quod & Sidonius innuit in Epithalamio Polemij, & Araneolæ,

Harmoniam dicens tiam, quod quattuor istis

Sic federast elementa modis, cr. existimari iure potest, quattuor hisce numinibus quattuor vniuersitaris initia adumbrari, quippe quæ à Sole regi videantur, vimás omnem sibi congruentem haurire atque huc trahunt quidam quadrigas Soli tributas. Martianus: TABVL B HELIAX CR. Quatuor alipedes dicum te flectere hatenis,

Quòd folus domites, quæ dant elementa , quadrigam. Tertullianus etiam, & Isidorus de coloribus agétes, quibus vtebantur Circéfes agitatores (Circus enim Soli consecratus) preter alia, que adhibent interpretamenta, primis quattuor principijs coldem accommodant, russeum igni, album aeri, atquæ cæruleum, qui Venetus dicebatur, terræ viridem,quem prafinum appellitabant. Iaculator itaque Apollo ignis crit fymbolum ob cius elemontivim acutam, ac penetrabilem, nam & Por 2. phyrius apud Eusepium tertio de præparat. ignitam in Sole vim Apollingm dictam refert Sm f F andren avit mir mir and radiorum ipfus vibratione., quanquam pro dut mixores mallem giandrows: neque enim facile fit obuiam apud scriptores vor illa mirmes. Sane vero fi vererrimos poctas & philosophos excutias, haud temere aliud penes iplos reperies ignis elementum, quàm Solem, aut etiam celu ipsum, quem zthera nominabat. A ëra Mercurius refert, qui alatus ideo fingebatur ; acr tam ad superos, quam ad inferos volitare, fluidus. enim aër est, peruiusq; volantibus, nec minus superiora pertingens, quàm inferiora. audi Senecam de aere ita loquentem 11. natur. quæ. hic est, qui calum, terramque connectit, qui ima, ac summa fic separat, ut tamen iungat. separat quia medius internenit : iungit , quia virique per boc interfe consensus est. at que huc pertinere posset Mercurij etymon, si Arnobio assentiri liceret existi-Η iij

6r)

manti, sic dictum, quasi medicurrium. Id etiam indicat veteris gemmæ

62



scalptura, symbola præseferens quattuor elementorum, cuius ectypon ex Abrahami Gorlæi da-Ayliotheca desumptimus. fulmine enim ignis designatur, aqua Delphine, terra trunco arboris radicitus cuulíz, aër verò Mercurij caduceo. ac fanè sedem ei constituebant in aëre. vndè inter cateros damonas, quos Dio 1ib. Lxx1. à quodam mago euocatos scribit ad pluuiam eliciendam, nominat quoq; Epului + deens. Porro aquam menito Bacchus denotabit, quum eum existimarent veteres mythologi mons izeas quorus xuleror, i ajmoir, natura omnis humida dominum, auctoremą; ve ait Plutarchus lib. de Iside & Osir. ideoq; appellatus une, vt præter eundem Plutarchum afferit quog; Suidas testem laudans Clidemum. At ex Herculis armis claua scilicer, ac leonina terra innui non ineptè quis censeat.claua fiquidem plantas designare potest, animalia leo, quæ duo terra gignit, alitá; nam aj ta sereoras, i spouros ciar ous, RUTAN Bir , cauffa est generationis ac perpetuationis

TABVLE HELIACE. 63 animalium finul omnium, or plantarum, vt ait Philo de mundi opific. Herculanam clauam ex olea fuisse, patet ex Apollonij Rhodij lib. 1v. qui eam vocat ilor évains : fiue ex oleastre, quippe illam Theocritus Bakener impeqéos xontrono, & iterum avguévalor nominat, atq: id genus arboris hocce fymbolum præcæteris ideireo geret, quòd longissimæ sit vite, vt Theophrastus, & Plinius tradiderunt, ac tantam habeat cum terra affinitatem, vt sicci caudices infossi germinare dicantur. Virgilius 11. Geor.

Quin & caudicibus fectis (mirabile dictu) Truditur è ficco radix oleagina ligno.

quin Theophrastus II. de Hist. plant. oleam penitus aliquando adustam regerminasse tradit, & lib. v. idem accidisse cardini ianuz oleagino, & poculo in limum proiecto. Eius rei caula esse videtur, quam idem Theophrastus primo de Caus. plant. cap. 11I. innuit, huiufmodi scilicet plantas ob fui corporis pinguedinem, ac spissitatem exficcatu difficiles virale illud, ac genitale servare principium, & minime ficcas effe, quum ficcæ videantur. Quocirca nihil crat caussa, cur Paufanias fidem ægrè accommodaret narrationi de claua Herculis, quam terræ olim infossam germina emisisse tradunt. Leonem verò, nemo est, qui ambigat, præcipuum esse ex brutis animantibus, & quendam in cæteros sortitum esse principatum, ac propterea magne matris tutele adscriptum, quæ telluris dea dicebatur; quemadmodum dra:64

conemtribuerunt Cereri, que pars humi frugum conceptrix, Proferpines; mater à serpendo nuncupatæ: aquilam Ioui ætheris, aërisque domino; Delphinum Nepturlo maris præsidi. Quapropter sub poeticis sabulis, que tam Bacchum, quàm Herculemignis vi ad superos translatos referisnit, illum videlices ex combusto matris vitero, huno ex ardente in Octeo vertice pyra, physica ratio latere videtur. nam quum Herculem terram, aquam verò Bacchum dixerimus, terreas exhalationes, aqueosque vapores caloris ope ad supperiora eleuatos intelligere possumes.

QVATTVOR ANNI TEMPORA

A T verò crediderim potius, quattuor temporum vices, quibus annus concluditur, huiufce tabule fymbolis defignari. id enim præcipuum Solis munus, vt figniferum percurrat circulum,

Temporibusq; parem diuersis quattuor annum (ve canie Viegilius) efficiae. nam veris clementem teporem, (verbis veor Macrobij lib.1.in Somn. Scip.) torridum cancri, ac leonis æstum, mollitiem autumnalis auræ, vim frigoris, inter veramque temperiem, omnia bac Solis cursus, er ratio dispensat. quin singula hec Solem ipsum esse, videtur fateri vetus poeta illo. versaculo:

sol aftas, autumnus, hiems, Solver quoque gratum, cam ob caustam quadrupes ab Orpheo in hymnis dici Sol videtur :

Kegon

TABVLE HELIACE.

· 65

Temperamenta habens temporum, quaternis pedibus tripudians.

snec aliunde ortum poëtarum figmentum quadrigas Soli tribuentium . idq; idem Orpheus innuit, quum ait : ההפלעקטי לקוום אליאטי. quattuor tempowww.currumagensi(ficenimilegendum;lex carminis ilber, non vt in vulgatis codicibus madopor) quam sententiam amplecti visus est Commentator Germanici Czefaris, quum inquit: Huic quoque illam ob caussam, quòd au quadripartitis temporum varietatibus anni circulum peragat, id est verni, astatis, antumni; Or hiemis; ant quod quadripertito limite diei metitur spatiam and decurratum locum fanare poreris hoc additamento, quadrigam adfcripferunt.nam cadem ferè verba habet Fulgentius II. Mytholog. Huic quoq; quadrigam adscribunt illam ob caussam, quod aut quadripertitis temporum varietatibus anni circulum peragat, aut quod quadrifido limite diei metiatur spacium.consonat etiam quod ait Isidorus xviI. Orig. Quadrigas ideo Soli iungunt , quia per quattuor tempora annus vertitur, ver, & æstatem, autumnum, or hiemem, Quoniam vero Circus (vt diximus) Soli confectatus erat, quattuor colores, quibus agitatorum factiones induebantur, & currus ornabant, appolite crediti sunt quattuor anni tempestatum symbola fuisse. Tertullianus aperte docet lib. de Spectacul. cap-Ix. Albus, inquit, hiemi, ob nives candidas, russeus astati ob Solis ruborem noti erant, & paulo inferius : prasinum vero terra

66

matri, vel Verno, Venetum celo, Eg mari vel dutumno. Sic Ilidorus: Ruffeos aftati currere voluerunt, quod ignei coloris fint, & cuncta tunc flauescant : albos hiemi, quòd sit glavialis, & frigoribus vniuersa canescant: veri prasinos viridi colore, quia tunc pampinus densatur. at integram desiderari periodum, nemo non videt, deest enim quod de veneto, cæruleoue colore autumnali tempori adscripferar, nec miki prodliue medicinam facere loco mutilo, ac tantúm non conclamato absque veterum codicum ope. quin & suspensa densatur. Gorippus lib.r. de laudib. Iustini liquidò satis de Circensium factionum coloribus, corumá: fignificatione cecinit, cuius hi sunt versus a

Solis honore noui grati spectacula Circi Antiqui sanxere patres, qui quattuor esse Solis equos, quadam rerum ratione putabant, Tempora continui signantes quattuor anni. In quorum species, signis, numerisq., modisque Aurigas totidem, totidem posuere colores, Et fecere duas studia in contraria partes, Vt sunt astiuis brumalia frigora stammis. Nam viridis, vernis campus ceu concolor herbis, * Pinguis oliua, comis luxu nemus omne virescit. Russes aftatis rubra sic veste refulgens. Vt nonnulla rubent ardenti poma colore. Autumni Venetus ferrugine diues, or ostro Maturas vuas, maturas signat oliuas.

Digitized by Google

T A B N L Æ H B E I A C Æ. Acquiparans candore niues, biemifq; pruinam, Albicolor viridi * focia coniungitur vna.

Corripi versus quibusdam locis castigaui. maculis, quæ supersent, eluendis imparem (vt ingenuè fatear) me agnosco. nec decet periculum facere, vbi operam te lusurum sciueris. Perperam verò Cassiodorus Variar. lib. nI. Epist. Lr. de ijfdem coloribus agens album autumno assignat, cœruleum hiemi, nam & Martianus Capella lib. primo de Nupt. Philolog. Solis coronam duodecim gemmarum quadripertito ordine describés, eandem cum Tertulliano, Isidoro, & Corippo colorum rationem sequutus est. dat siquidem æstari Lychnitem, Astritem, Ceraunon ignei coloris gemmas, quæs; idçirco à lucerna, ab astro, à fulmine nomen sumpser de primis ita Dionysius Perieges:

----- aquelos xex dos xitos, oia tis ashp

Mapualpon, Luxils re nuess Qross naunar opsin, ---- asterius pulcher lapis, ceu quedam stella

Splendens, Alychnis flamma ignis omnino fimilis. Afteritem etiam, fiue afterium inclufam veluti ftellula gerere affirmat Ifidor us at Plinius lucem illam appellat pupillæ fimilem. idem & lychnitem ex ardentibus gemmis effe tradit, & ab accenfis lucernis dictam. & ex Plinio Ifidorus, qui addit: hnins duplex facies, vna qua purpura radiat, alia qua cocci rubore. quod ex Solino fumpfiffe vidotur, cuius hæc funt verba cap. Lv. Duplex ei facies, aut in purpura emicat claritatem, aut meracius suffunditur cui o constitution in purpura radiat, alia

87

cocci rubore. De eadem gemma Lucianus de Dea Syria, Nonnus'v. Dionyf. Priscianus Periegesi, -ahjque. Cerauniú etiam rubidum esse indicat Isidorus, quum inquit: cui color pyropo rubentises quas litas vt ignis. & Claudianus de laudib. Serenæ:

----- Pirenæiq; fub antris Ignea fulmineis legêre ceraunia nymphæ.

68

違い

. Quas verò gemmas Solari coronæ ab hieme appositas Martianus scribit, ez sunt Hydatis, adamas, crystallum. glaciem posteriores referre videntur. at hydatis, seu hydratis (vt alij legunt) ab aqua nomen habet. Estnè ea, quæ Plinio, & Isidoro Enhydros dicitur ? ille candidam esse perhibet; hic ita loquitur lib.x v 1. Orig. cap. x 1 1 I. Enhydros ab aqua vocata, exundat enim aquam, ita vt clausam in ea putes fontanam scaturiginem. quæ verba ex Solino desumpsit extremo cap. xL. Czterùm virides gemmas verno tempori adscribit, fmaragdum scilicet, Scythidem, & Iaspidem. smaragdi color viridis notus omnibus. De scythide patet ex codem Martiano, qui alibi scythidis vireta nominat. fortean verò eiusdem est generis cum smaragdo, sed preciosior, nam smaragdos, qui in Scythia reperiuntur, nobiliores effe affirmat Isidorus. quod & Priscianus Periegesi innuere videtur. Dilutiori colore sunt iaspides, ac fortasse ijdem quoq; smaragdi, nondum tamen perfecti. tradit enim Theophrastus lib. de lapid. repertá olim in Cypro gemá, cuius dimidium iafpis, dimidiú smaragdus erat, tanqua nodum ab aqua immutatus. Autumni gemmz in Solis corona

dicunturà Martiano Hiacynthus, Dendrites, Heliotropios. Hiacynthu cœrulei coloris efferestartur Ilidoruis, violacei Plinius, dilutioris tamen, quàm fit in amethyfto Ar Solinus cap xxxel id quandoque euenire asserit, quia ca gemma vitijs non parce obnoxia pingi enim nitore cœruleo, quum inculpabilis eft. flucticolor ab codem Martiano alibi dicitur. Heliotropius verò tefte Plinio porraceum præ sefert colorem sanguinels venis distinctum. vulgo dicitur diaspro. Quis sit dendritidi color, haud facile inuenio. Idio quandam huiusce gemmæ speciem ab eodem Plinio appellari albam. ac, ni iudicij fallor, varietatem, quæ Autumno affignatur, indicare voluit varils hifce gemmis Martianus potiorem tamen locum cœruleo dedit colori, qui purpureo affinis. ac autunus iple appellatur ab Horatio purpureo varius colore. ad livorem vterque vergit. nam frustra funt, qui credunt eundem esse purpureum cum coccinco, hic rubidus est. cærulæus esser ille, subfuscus tamen, ni diffingueret permixtus quidam rubor. quocirca purpureum pauonis effe collum subindicat Tertullianus lib. de pallio. ac sane pruna, aliaq, poma autumnalia purpurascere videntur. vuæ præcipue, quin & vites iplas Nafo adi & Scaligerum ho. 11. de Em rixib assugruq slo Et de purpureis collecta vitibus vua in omit Corippus ad maturas quoq; olinas cum polorem refert, vt ex suprà adductis versibus videre est: at in vuarum racemis auctor libelli de coloribus.

Digitized by Google

İij

70

quem Aristoteli quidam tribuunt, nonulli Theophrasto, puniceum agnofcit, vinaceum & cyancum. irion poor inquit, apartos piros ras Parvisei, TE Si preservos ce taund oursandes, uera Bassevos ranueis mo oirer Tor, of SE TE X BUTRION JAVON) RUCENOEISEIS, interdum primum funt punicei, sed atro in se consistente in vinosum mutantur : deniq; funt syanei. Perbelle vero cum Martianza Solis corona tabulæ noftræ conuenit. vt enim æstiuas ille gemmas in fronte collocat, ita nobiliorem in tabula sedem Apollinis effigies, ciusue symbolum occupat, quoniam æstas per Apollinem, per Bacchum autumnus, hiems per Herculem, per Mercurium ver intelligitur, vt mox fingillatim examinabimus. Id fortaffe aliquis existimauerir morem Atheniensium respicere, qui à solstitio æstiuo anni principium statuebant, vt auctor eft Simplicius in v. Phylicor. Aegyptij quoque annum ab æstate ordiebantur, quo tempore Nili incidit incrementum, & alluuio.Porphyrius de Antro Nymphar. A yun lois aj-20 Erous, six o udpoxoos as Papajois, and naprivos, Acryptijs anni exordium non aquarius, quemadmodum Romanis, sed cancer est. Solinus cap.xxxv. de Nili augmento agons : quod tempus facerdotes natalem mundi indicauerunt, id est tertium decimum Kalendas Augusti. adi & Scaligerum lib. 11I. de Emendar. temp. Verùm iure primas æstati tribuunt, qui de Sole agune, quum Sol maioribus co tempore polleat viriBus, ac luum quodamodo domicilium renere dicatur Itaque Remigius monachus Antifio-11 1

TABYER OHENIACE.

dorensis, qui claruit anno Christi Decelxxx & commentarium in Martianum conscripsit, cuius integrum exemplum in Tigurina bibliotheca extare tradic Gelnerus vin Maticana fragmentum tantum afferuatur: frons , inquit, rotius anni est aftas, flagrantior scilicet, or eminentior pars. Sic Aratus in enumeratione fignorum zodiaci à Cancro orditur. quod & Hyginus in Aftronomicis animaduertit, quum ait: Aratus non; ve cateri Astrologi, ab ariete du odecim signa demonstrat, hoc est vere incipiente, sed à cancro, boc est ipsa destate. I dem quoque in calce libri quarti sic loquitur : Annum voluerunt esse, quum fol ab astino circulo redit, & zodiacum ad id signum, sunde incipiebat, permetitur. Quoniam verò ex quattuor anni partium æqualiter librata vicifsitudine harmonia quædam promanare videtur vniuer li seruatrix, concinne in tabulæ medio eius reindicem exculptam videmus lyram. quemada modum enim musica visin eo sita est, ve variaç vocum intensiones, remissiones que. sonique tum acuti, tum graues congruenti temporum menfura dispositi in dulcem coëant concordiam, ita Sol tanquam citharedus quidam, mundi partes omnes pulfans, servataq; velut ad numerum temat porum symmetria, calidacum frigidis associar, cum siccis humida, pulcherrimumq; efficit temp peramentum, quippe (vt ait Plinius lib. 1 Cap. xxxix.) Solisnatura temperando intelligitur anno. vr verius in illum quadrer, quod de Orpheo apud Caffiodorum legimus Variar lib, II in vnum confeels,

72

nentum contraria vota collecta funt ser fidem dicente byra omnia fibi aduersa crediderunt. Porro Orpheus in hymnis A pollinis describens lyram, in acuto fono æftarem in graui inferiorum chordarum hiemem intelligiair, ver autem in concentu Dorio: Verfus ipfos non grauabor apponere : voi un gal - DEis Undras Xquara, 96005 vedrais Marphias, 201110 br Duproveis Eags monthe girou de los astos & boup 123 Dorica harmonia appellatione vius est ad medium tonum indicandum, quonizm hanc præ cæteris ad mediopritatem tendere, constar en Aria ftotele lib. wn I. Politic. reap. voquin cap. vlumo candem effe ait to wirow & Jos Boxar. In fragmento incerti feriptoris, quod Cenforino olim tribuz tum, postea à Lud, Carriore auctius editum ; ita scriptum reperio: Organum quondam habuit tres intensiones, grauem, medium, or acutam.inde Musa quoque tres olim æstimatæ, Hypate, Mese, Nete. & mox: quas animaduertisse cum refonantia suauitatis in arcu fororis Apollinem tradunt, Fintendiffe protinus citharam. tum notaffe, quod adstrictiona fila neruorum in acumen excitarentur, grauibus responderent remissa. indefecisse tresprimos, de quibus supra dictum est. Id tamen tribuit Mercurio Diodorus, arque ad temporum varierares respexisse affirmat, sic chim loquitur lib. 1. de Mercurio agens : Auen re Deur, עט הסוחסעו הלקסף למי , ועווואסטעניטי דעל אערו כיומטד טפאג. rees 2 aut Ma roosta Day ofor so o Ewil & Ba prin, 12 weoor . Eus row soto To Jepss , Bapun Se Soto To yel provos , pieous Sat & laeps, Lyram à se inventam trichordem fecit,

TABVLE HELIACE.

:73 Fecit, anni tempora imitatus. tres enim tonos induxit acutum, grauem, & medium. acutum ab astate, grauem ab hieme, medium à vere desumpsit. Sed cur Autumnum prætermifit? an fortalle cum vere confudit? discriminat enim tam ver, quàm autumnus (licet diuersa ratione) hiemem ab æstate. ac profecto -videntur antiquíores triplicem tantummodo anni diuisionem statuisse. ideirco tres numero Horas finxerunt : Mineruamque sub qua aerem instelligebant, genzenar ideo dictam feribit Diosdorus, quod ter in anno naturam mutat, vere, æstate, hieme. asserit quoque idem auctor, existimatum ab Acgyptijs Ofirim, & Isidem, Solem -videlicer & Lunam H autraine souse former, met-Portas TE & du Eortes המודת דרותובףברוע מיסמוג מספל דני צוmore the actodor a map of (sours, The te capity, is seein, is Xquaeun, mundum universam gubernare, nutrientes, T augentes omnia, tripertitis temporibus inuisibili motione circuitum perficientibus, vere scilicet, astate, atque hieme.latinus interpres, qui hiemis loco autumnum hic nominauit, pro zympin viderur legisse; omogun in fuo exemplari nifi incuriæ fuit peccatum. Ad Veterem itaque trium temporum imitationem tribus chordis instructa fuit lyra-nec absonum erit putare, id animaduertisse, qui m meon proximam addiderunt a Semicolu, ve quattuor anni tempora aptius imitarentur. Quin tetrachordum Mercurio attributum ; fcribit Macrobius primo Satur. ca. x1x18: Boetius, qui tamon refpe qua fuifie habigiten air ad quarruos

:74

vniuerfiratis elementa fic enim loquitur lib, v. de Musica. cap. xx. simplicem principio fuisse musicam refert Nicomachus, adeo we quassior nersis tota conflaret. idque vsque ad Orpbeum durauit ; vs primus quidem neruus, or quartus diapafon confonantiam refonarent. medij vero ad fe inuicem, atque ad extremos dia--pente, ac diatefferon, ac tonum nibil vero in eis effet inconfonum, ad imitationem scilicet musice, que ex quattuor constat elementis. cuius quadrichordi Mercurius dichtur immentor: Fit itaque, ve leruata temporum harmonia genitalis plantarum vis, sataq; omnia hieme compressa congruum concipiant vigorem ad germinandum quod cuenit laxata verno tempore humo. at illa æstiuus calor maturat, perficit Autumnus, colligités. Quapropter de Sole figniferum obeunte ita cecinit Aratus :

----- א וו שבי נטידו וטידו Kuntor, detorras המסטו הדואל הדוום בפטו,

----- coq; circa hunc eunte

Circulum, adolescent connes fragifer a compestates. Id verò (vi & supra diximus) indicare videtur "rapros in tabula exculptus, qui florum, frondiumé; pomorum item, & frugum pulchertimum coronario opere habet contextum.

APOLLO. AESTAS.

Præcipium Apollinis munus sagittandi peritiam esse diximus. ex quo facilè patet omnibus, æstinum designari tempus, quum scilicet TABULE HELIACE. 75 schementiore iactu folares radij terram percutiunt, vt proinde tunc laculator meritò Sol appareat. quié; cæteris anni temporibus obtufus quodammodo videbatur; acutis pet æftatem dici poffit, quemadmodum nominat Horatius lib.1 epift. x.

Lenine errabiem canis, er momenta leonis, Quum femel accopit Solem furibundus acutum. & Hefrodo dicitur paros offer inclus, robut acuti Solis.

Narrant fabulæ Hygino tefte, datas à Vulcano Apollini sagittas, nimirum vt æstiuus ardor defignetur. nam Vulcanus ignis eft. Iis præcipue Apollo vsus esse fertur, quum Pythonem interfecit, ingentem scilicet draconem ex aquis ortum. II. Se ninkestaliud, nis puredo. siquiden ez imbribus, qui plurimi defluum hiberno tempore, collectæ aquæ, stagnanæssíg modico superucniente caloro corrumpuntur. cas postmodum vehementes aftini Solis radijexficcant, hinc putredo rollitur; datáque ansa Poëtis, Pythonem Apollinaribus sagittis de medio fublatum canendi. Phylicam non minus sationem deiectus Phaeton, interfectiq; Cyclopes habent. Adurebas verram Phaëton, Apollinis filius. eum iratus Iuppiter influmen detrufit! at Apollo Cyclopesfulminum fabricatores fagirtis interfecit. Phaeton ex græca nomenclatura lumen est. Solis verò filius dici potest, quòd lumen è Sole progigna-

K ij

.76

tur ideaq Apolla rungient Homero dicinen Se -vocatur Solà Pindaro vil. Olymp. 6 yerth 105 et 2view marrip, generator radiorum pater, quemadmo+ idum criam. Odg 1 la vous anominar chofinanis, diem Solis filium. Phaërontæutn indendium exuberantem Solis calorem indicat, teste Philostrato primo Imaginum : mis in mis pous, me core Eia The if once T: mundelus: minmus de sel Caren Dois, iππel, ey apus, gaufreime na seguna, has fapientibus quidem affluentia quadam ignis fuisse tuidetur à poëtis vero, o pictoribus equi, o currus, ac calestia confundantur. Iratus Iupiter nihil est aliud, nisi aët nubibus; & tempestaribus conturbatus, qualem hiemali tempore ve plurimum inspicimus. vnde & hiemem pro tempestate poetæ vsurpant ; seut vicissim serenus accipitur pro miti, sedato, hilari.itaque Calliodoro lib. 1. Var. clementia ferenitas nominatur. & Antonius Pius ferenus dr clemens ab Ammiano dicitur. Luçanus lib. 1v. de Cæsare:

.... ----- at facilis Cefar, vultug; ferenus.

hinc à Sidonio lib 10 epift x11 ferenitas latitia opponitur nubilo maroris. Perturbatus itaque aër ac nubilofus post Phaëtontaum incendium, hoc est post, ardores astinos lumen ipsum nubibus tanquam flumine obruit. fiquidem & Aristoteles in Meteor. ex vaporibus, qui elevati in nubes cocunt, indec, in pluujas soluuntur, perperuum quasi flumen surfum ac deorsum fetri ait. Sol autem redeunte postea estate resumptisviribus nubes ipsas radiorum ictu veluti sagittis con-

TABVER HELLACE 77 ficit, disperditque. nubes enim sub Cyclopum nomine à poetis intelliguntur, quippe quæ fulminum fint effectrices. Poerica quoque fictio est Hlacynthi pueri internecio proiecto ab Apolline disco, quæ tamen à naturali ratione interpretationem sumat. Disci formam Soli esse, philosophi quidam crediderunt, & præter ceteros Philolaus Pythagoricus, capropter figmento datus est locus, vt qui in æftiuis feruoribus à Sole minus sibi cauerent, ij dicerentur disco Apollinis percusfi. Cætorum quum Hiacynthus flos fit eam quoi que significationem elicere possumus, vt flores nimio æstu flaccescere, enecariq; dicantur. Apollini verò dicata præcipuè erat inter plantas laitrus, inter aues coruus, de quibus ita Albricus, quum de Apolline loquitur : Iuxta autem illum erat viridis laurus picta, & coruus niger desuper wolitans pingebatur, auis scilicet ipfideo confectata. laurus quidem, quia arbor est perquam calida, ac sicca? & quodammodo ignea, vt asserit Porphyrius a pud Eufebium 11. de Præpar. Euang. & Constantinus Cesl. x1. de Agricult. cap. 11 I. coruus verò, quod solus contra rerum naturam in medijs ipsis estiuis: fernoribus ouiparos pullulet fœus, vt inquit Hyginus lib 1. Mytholog quæ omnia fatis aperiunt, eftatem per Apollinem fignificari.

BACCHVS AVTVMNVS. HAud erit operosum argumenta indagare, quibus Baccho adscribitur Autumnitas; neEXPLICATION

:78

que enim se iungi queunt. vt scite pronunciarit Lucretius lib. v.

Inde Autumnus adir, graditur simul Euras Eura. & Virgilius secundo Georgie Bacchum alloquens:

Floret ager; spumat plenis vindemia labris

Baechus enim vitis est dominus. at Pindarus v. Nom. vocauit repenar partes oires on the ear, allumnitatem teneram matrem floride vitis- quanquam cæteris quoque fructiferis plantis Bacchus præficiebatur: & ipli tanquàm arborum tutori Græci facriticabant, ve testatur Plutarches v. Sympol.que HI. quamobrem Artemid libe 11. Oreigneining, C. XLII. Dicuos, inquit, mis yeapyois oup que mis t agricolis conducir arboreum fruelum cotentibus, prafertim vites. & 2 Phusnuto appellatur ray muipon die Span Britonomos, my dorn's goos, sicurum arborum tutor, datorá; dous. quare ci tanquam Autumni domino fructus omnes acceptos ferebant, quod plutibus auctoritatibus cuincere conatur Atheneus kbro tertio. Quapropter apud Athenienses, vt tradit Demarchus in certaminibus Dionys. per diem festum Bacchi gestabant virgines aurcos caniftros, in quibus crat fructuum omnium primitize impositz. Huc etiam referendum, quod Bacchi filium dixerunt Priapum hortorum, fructuumés custodem. quin multi vnum, eundemq; faciunt, ac propterca Priapus Spénaror, inquit Phurnutus, TABULE HELIÃCE.

079

ושא דא לדלות אבופו השפודבועבו, הסידבפטי בידבו הטידט אףשעידמן acis raine Sapor & durinon, falcem dextera manu prot édit, viru quia hac viantur advites purgadas. Sunt, qui credant, Dionyhi nomen 200 78 Stewie deduci, vt videre eft apud Artemidorum lib. 11. an quia fructus hausto calore æstatis Autumno postea perficiuntur? Nam Bacchum existimabant vim ipfam genitalem fructuum, & plantarum, vt diquet ex Porphyrij verbis apud Eufebium 111. de Præpar. euang. Tal ane opplar, yo hos & quitte Huar n Suaus, Advoors iroan (2), fructuum or in fumma plantarum omnium virtus, Bacchus vocatur. Hinc Dionyfius de fitu orbis, solutum in Arabia ex obsuto Iouis femore Bacchum scribit, quod ea regio plantarum ferax sit, è quibus aromata, pretiosiq; liquores sumuntur. Quod vero fabulantur Poetæ ex ardente matris aluo extractum Bacchu, id Autumni ortum respicit, qui quum æstatem subsequatur, ex eius prodire vtero quodammodo videur, lubet enim hanc fabulæ interpretationem hic adaptare, quum alioqui sciam, apud nonnullos per Bacchum vinum intelligi, siue vuam, per Semelem ipfam vitem, Solis calorem per fulmen. quod Athenagoras Apologia pro Christianis ijs verbis innuit : + & The dunitor nap-דוי, בומיטסטי. א צבעובאנט, מיד דמעהדראוי, א אברמטיטי ד Finix φλόμα. Præcipua vero confideratur in Au tumno inconstantia, & varietas, cum propter tempestatem ipsam, modò, calidam, quandoque frigidam. aliquando temperatam, tum ob pomorum varietatem. atque ideo Bacchum ipfum multiplici forma, variaq; fpecie effingebant, vt Plutarchus prodit lib.de EI apud Delphos, & in Epigrammatibus une dupper appellant. quò etiam fpectant vestes vario florum genere contexta, quas Bacchum induere solitum testatur Diodorus, de quibus & Ouidius nI. Meramorph:

Purpuraq; & pictis intextum vestibus aurum. id enim Phurnutus insinuat ijs verbis, de Baccho loquens: no pado Tis comos aimedr The nomixian macisnor Tis one cos. vestis floriditas autumnt varietatem exhibet.

HERCVLES HIEMS.

T Erculem Græci, Latiniq; barbatum, hirfu-I tumq; effingere solebant; (vnde Sidonio ih Panegyr. Auiti Aug. dicitur Tirynthius birtus) ficut hodieque pictores hiemem, quum cæteras anni partes iuuenili specie formenti esti enim hiems quasi anni senium, siquidem vernæ tempes stati initium tribuamus, vt plerisque veterum mos fuit. Pellibus crat indutus, quoniam hifce per hiemem veimur ad frigus defendendum; Clauz gestatio arbores indicare videtur hiemali tépore frondibus expoliatas. Trinoctium fingút poete in eius generatione confumptum, we longas lignificent hibernas noctes. Ei verdinimicitias cum Iunone intercoffisse aiunt, quia Iuno, aer eft, iffg: per hiemem iratus ve plurimum viderur, frigore

TABYLE HBLIACE.

frigore scilicet assiduisque plumis contristatus. Voracitatem Herculis quis nescit? Vide, quid de ea loquatur Athenzus initio lib. x. !extant etiam scitiua quædam epigrammata primo Anthologias, & Callimachi lufus Hymno in Dianam. ac decimam ei vouebant Romani, forsitan vt voraci, largiterique conanci, fi Plutarchum audimus, quælt. Róm. xcv11. neminem verò fugit, animantes omnes hieme voraciores effe, quum co temporcinnatus calor, qui per æstatem laxato corpore dispersus crat, ac imbecillior effectus, à circumfufo frigore intus cohibitus, & quafi constiparus vires sumat ad cibum facile conficiendum. vnde bruma, quali Broum, vt innuit Ifidorus lib. v.cap.xxxv.Quin & ipfamet hiems omnia vorare videtur, quæcun que aut ex vernalibus herbis, aut ex mollibus æltinis, aut expomis autunalibus feponere confucuimus dictulgi eft Herdules Asqui-295(fabulam narrare supersedeo passim obuiam) quod boam labores confumat hiems: fic enim & à Virgilio primo Georg. & ab alijs fruges vocantur. nam & Varroni ir. de Rerust cap. v. dicitur bos focius hominum in rustico labore, & Cereris minister. Eamque ob caussan veteres copiam designantes cornu bouis frugibus, & pomis referrum. effingebant. cuius etiam rei videnda interpretatio Socratis apud Stobzum ferm. Liv. & legendus Vogenij prologus lib ul. de Reveterina qui ait, bubus debere alimenta, quicquid ali potest, hine Idgimus apud Salomonem xiv. Prouenb. ubi

Digitized by Google

EXALIS CALTIOT

: 82

plurima segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. Quid verò caussa est quòd quum Hercules plures exant lasse dicatur labores, cosque difficillimos, interfecti tantum leonis infigne gestat? Aestati quam maxime aduersatur hiems, quæ quum terras obsidet, Leonem videtur superasse, hoc est vim æstatis acriorem ex leone ardentissimo sidere mahantem. Hercules itaque hiemis gerens symbolum merito deuicti leonis trophæum oftentat. Cæterùm depulsor malorum præcipuo encomio Hercules cognominatus est, que appellatio & hiemi conuenit. videtur enim hiems Autumnum extrudere morbofissimam anni partem, de qua Hippocrates lib nI. aphor. 18. & xx1I. quod propter czli varietatem euchire tradit Cornel. Celfus lib. 1. cap. 11I. vnde letifer Iuuenali vocatur Autumnus, Horacio verò Libitina quastus acerba. nec tantum debacchantes morbi superventu hiemis abscedunt, sed & fructus ipsi autumnales noxium humorem per hiemem abijciunt. Martialis ter Domingoritmu vocat

----- poma hiberna maturescentia capsa, de quibus ita Iuuenalis Sat. xI.

------odoris mala recentis, and a second

Nec metuenda tibi, ficcatum frigore postquam Autumnum, & crudi posuere pericula succi.

Nec forsitan abs re nostra est, quòd hiemali tempore sacrum Herculi siebat, ad diem scilicet xII. Kal. Ianuarias, vt refert Macrobius III. Satur. cap. x 1. quóque niuosus, perpetuáque hieme

Digitized by Google

TABYLA HELIACE.

damnatus locus in Alpibus Herculi confectatus erat, de quo Petronius : Alpibus aërijs, vbi Graio nomine vulfæ Afcendunt rupes, nec se patiuntur adiri, Est locus Herculeis aris sacer. bunc niue dura Claudit biems, canoque ad sidera vertice tollir.

Cælum illinc cecidiffe putes, non Solis adulti Mansuesci radijs, non verni temporis aura, Sed glacies concreta riget, (fic lego) hiemisa; pruinis Totum ferre potest humeris minitantibus orbem. Videndum etiam, num ad hiemis significationem trahi possit Græcus nummus Herculis caput præse ferens populea corona redimitum, & cin parte postica Phaëtontem curru paterno excussufum. nam ex Phaëtontis casu Hiemem innui, superius demonstratum est, quum de æstate verba habuimus.

MERCVRIVS VER.

DE v M Verni temporis fuisse creditum Mercurium, apertè infinuat Martianus Capella lib. 1. de Nupt.Philolog.ijs verbis.Tunc verd conspiceres totius mundi gaudia conuenire: nam & tellus floribus luminata, quippe Veris deum conspexerat subuolare Mercurium, & c. Remigius Monachus, de quo superius verba fecimus, ad hunc Martianilocum ita notat : qu'ad & ipse fertur præsse (eminibus maris, & terra, & ipse est dictus Fauonius. vnde hanc sibi eruerit sententiam, haud san's fecio, videor tamen L ij . 84

quædam fubodorare poffe argumenta , quæ in medium proferam. Zephyrus, seu Fauonius(vt & alij venti) non minus quam Mercurius, alatus volitansque fingiturà poetis. at norandum præcipuè quod de vriusque alis refertur nam quum Mercurio (ve cum Apuleio loquar) super tempora pares pinnula emineant, Zephyro itidem alata finxerunt tempora fiquidem ipfum Philoftratus lib. 1. Iconum appingit in #THIG TO RESTRAGE, is άβρω τω eisei, alatis temporibus, or venusta forma. que postrema cum Mercurij quoque specie conueniunt, qui apud Lucianum in dialogo Mercur. & Panos, formofitatem iactat, & ei ab Apuleio facies decora, & fucciplena tribuitur: vnde Galenus in Suaforia, formolum passim effingi solitum, tradit. id autem Mercurio fortasse tributum propter vernalem faciem terra, qua cateris formosion, vt verbis vtar D. Augustini, v1I. de Ciuit. cap. xxv. Quoniam verò Žephyrus flat ab occasu equino-Stiali ver inchoans, ve inquit Plinius, Mercurium fabulati funt, Atlantiselle nepotem, qui mons est Mauritaniz ad occidentalem plagam fitus ideoq; Virgilius de Mercurio Aeneam adeunte ita loquitur iv: Aen.

Materno veniens ab ano Cyllenia proles. haud enim mihi dubium, quin ad hanc de Mercurio, Zephyroq; opinionem alludat. nam & Iouem ita Mercurio loquentem inducit.

Vade age nate; voca zephyros, & labere pennis. aptiflumis: hic poëta & fignificantibus vii folet

Digitized by Google

TABVLE HELIACE. vocibus, seque peritissimum veteris theologize ostendit, quod pluribus locis aperit Seruius. temerè Statius Mercurio dat Notos. id enim tantum -curæ est minorum gentium poëtis/vt ea vsurpent, quæ carmini, quoquomodo quadrent; dúmque auribus blandiantur, nihil vlterius pensi habent. secus vatum princeps, qui penitiores saragit inferere sensus doctioribus perscrutandos ac sane fabulosa illa Mercurij legatione, admonitum significare voluir Aeneam temporis ad nauigandum idonei Iupiter enim Aenez curari gerens aër esse videtur abscessu hiemis mitior redditus iple Mercurius Fauonius est Veris pater, vt Claudiano dicitur. Etenim ver, teste Plinio lib. 11. cap. X111., aperit nauigantibus maria, cuius in principio Fauonij hybernum molliunt calum. & montones & Satyro cognominatur Zephyrus, de quo vide quzdam epigrammata primo Anthologias. Placet ctiam quibusdam, Pleiadas Sin 28 mie appellatas, quòd suo exortu nauigandi tempus ingerant. at Mercurium Maia ferunt genitum vna ex Pleiadibus. Ipfum quinetiam mercaturæ¹ deum statuerunt, quòd mercatura quàm maxime nauigatione iuuetur. Natalem nauigationis appellat Vegetius V. de re milit. diem sextum Iduum Martiarum, licet periculosè adhuc maria tentari dicat vsque in Idus Maias, ideo Maijs Idibus(verba sunt Pauli ex Sexto Pompeio) mercatorum dies festus erat, quod eo die Mercurij ædes esset dedicata. qua de re Liuius lib. 11. quin natum eadem luce

L iij

EXPLICATIO

Mercurium prodit Martialis co versiculo ex lib. x 1 I.

Maiæ Mercurium creastis idus.

86

nifi ad eandem templi dedicationem alludat, quafi tunc natus Romæ dici queat, quum eius ædes dedicata est. quo sensu Natale Salutis nominasse Tullius videtur IV. Epist. ad Atticum, vt & ab alijs observatum. At prosecto vernum illum mésem à Maia Mercurij parente nuncupatum, quidam suspicati sunt, quod Censorinus, Festus Pompeius, & Ouidius testantur. sed & vetus poeta:

Mensis Atlantigena dictus cognomine Maia. alius item:

Maius Atlantiados gnata dignatus honore.

Porrò fabula de Mercurij cum Venere congreffu, ex quo procreatus Cupido, ve Tullio placet 11. de Natu. deor. aut Hermaphroditus, ve Ouidius, alijá; dixere, aptissime vernum tempus designat. Cupido siquidem cupiditatem illam innuit, qua ob benignum verni aëris teporem ad Venerem omnia excitantur, procreationíque inhiant. de qua Lucretius Venerem alloquens:

Nam simul ac species patefacta est verna diei, Et referata viget genitabilis aura Fauoni, Aëria primùm volucres te, Diua, tuumás Significant initum perculsa corda tua vi. & apertius Columella de Cultu hort. ----- nunc sunt genitalia, tempora mundi, Nunc amor ad coitus properat: nunc spiritus orbiz

TABVLE HELLACE

87

Bacchatur V eneri, stimulisque Cupidinis astus Ipse suas adamat partes, or fœtibus implet. & mox:

Hinc maria, hinc montes, hinc totus denique mundús Ver agit hinc hominum, pecudum, volucrumque cupido,

Atque amor ignescit menti, sœuitque medullis, Dum satiata V enus sœcundos compleat artus, Et generet varias soboles, sempérque frequentet Prole noua mundum, vacuo ne torpeat euo

Nec filentio prætereundum, quod Plutarchus in amatorio ex nescio cuius sententia Amorem Fauonij filium facit. Per Hermaphroditum verò non inepte herbas intelligemus, quæ verno tempore in lucem erumpunt. nam quemadmodum Hermaphrodito ambiguum sexum tribuerunt, ita plantis vim inesse tam maris quàm fœminę testatur Porphyrius apud Euseb. de Præp. Euang. fic enim de Baccho loquitur plantarum præfide. בה Si JANU μορφος, μίωνων των σει των γένεσιν των ακρο-Spucer dipperson Subapur, muliebriformis eft, promiscuam indicans virtutem generationis plantarum. Phurnutus quoque Bacchum η φορφον effingi folitum scribit, & in Bacchico triumpho, quod præse fert vetus marmor in ædibus Hasdrubalis Matthæij, Bacchus ipfe curru vehitur vultu, & cultu muliebri. Aristides quoque Orat. in Bacchum, vtroque lexu præditum affirmat . mut des es di p'no te is Sirves i gois, is quois. properca of masculus est, & famina is deus, vii aiunt. At quod Mercu.88

rium Fauonium este ostendimus, quis nos vetat, & copulatam ei Venerem illam iplam herbarum ac florum deam putare, quæ Græcis Chloris à viriditate, Latinis Flora dicta est à floribus, de qua Ouidius IV. Fastorum? addictus enim tam Florz, quàm Veneri mensis Aprilis, quem Maius statim fequitur Mercurio dicatus, vt ait Plutarchus in Numa Quapropter Venerem hortorum esse deam, docent nos Varro initio lib.de re ruft. & v. de ling. lat. necnon Plinius. lib x1x. cap. 1 v. ac fanéapud Carullum in elegia de Coma Berenices ipla Venus Chloris dicitur : sunt enim synonima in co poëmatio Venus, Arfinoë, Chloris, Zephyritis. neque, si aliter interpreteris, poetæ mentem capias. Veneri dicata fuit Berenices coma, quæ guum postridie in æde non reperiretur, vbi posita fuerat, in cælum esse translatam fabulatus est Conon. fingit verò Catullus, seu potius Callimachus, suum à Venere equum ca in re ministrum. adhibitum. is equus non est Pegasus, vt docti viri credidere, fed Luciferi equus, quæ Veneris stella est ; de quo Venus ipsa apud Claudianum II. de Raptu Proferp.ita loquens inducitur :

meminit criam Quidius II. Triftium : Hos viinam nitidi Solis prenuntius ortus Afferat admisso Lucifer albus equo. nec non fecundo Amorum, eleg. XI. Hec

TABVIE HELIACE.

Hac mihi quamprimum cœlo nividiffimus alto Lucifer admisso tempora portet equo. p Et xvi Metamorph unil i musol be sorioou Clarus equo.

Clarus equo.

Nam quum Berenicæa coma inter astra foret recipienda, docte Callimachus de Venere agir, tanquani de stella, porro singulares equi stellis tribuebantur. Lactantius , feu Luctatius. Statij interpres ad va. Theb. Quadrigas dant Soli, bigas Lunn, equosfingulos futoribus: Nec abaisde alacus à Callimacho fingitur is equus ad notandam eius Aellæ celetitatem nominatur verò, Memnonis vnigena, tanquam ab Aurovaprofecus; quiamimirum marutinum fides confetur Lucifer. Vocatur is equus à Claudiano Acthon, & Auroræ nuntius divising Panegy in Iw Hon Confront Supra

Quinetiam velors Aurore wuntins detbonis

Qui fugat hinnitu stellas, roseoq; domatur Lucifero, quopies equitemte cornit ab aftris .00 706 - 19 Inuidet ping, laismaanh fpumare lupatistug entita rac ne qua supersit dubitatio, curidem este cum Auroræ equo, colligere licer ex ijs Seruij verbis Sad sar Avenp Methon nomen equi, quoutiam Aurora rquus vocatur; Acthonis vero vocabulum ab at--dendo deriuatumest: idémque nomen dat Oui-- dius vnier Solaribusiequis, & ipfemer Claudiamisuni es qualdiguelutonisosao pretencami ex Amoribus, qui Venbri famulantur. vr omittam Hactoris cauna apud Homecuno & so Pallancis М

apud Virgilium Wontes in que caden que Lacifer, & que Chloris, seu Flora herbarum florumá; dea. Quocirca ad locum illum Aulonij, seu quifquis auctor fuir Flogile de Roks, que ctiam Virgilio attribuitur, ad cum inquam locum :

Sideris, & floris nam domina vna Vienus: quematino dum scimor: 100 5105, contraitori Communis Puplite dea fideris, et dea floris; restè Pomponius Sabinus : Venus que mane Lucifer. Flora & Venus idem funt. vt meritò de Venere pronunciarit Pelignus posta iv. Fastorum: flla fais causas, arboribus que dedit. vis enim seminalis stirpium viderur esse; vnde eleganter in Peruigilio Venetis !: Intus occultis gubernat procreatrix viribus, Perque calum, perque terras, perque pontum subditu Peruium sui tenorem seminali tramite Imbuit.

ac profectò eadem credita est, quæ natura omnium parens. Arcemidorus lib. 1. agayad giseogis. Odns & The parent of agricolis, natura enim of mater univerforum esse credivær. inre igitur Mercurio copulatur, quem præblic - feminibus maris & certæ dixid R emigius. At verò quemadmodum Mercurium, vt docuimus, veno-- rabantur mercatores tanquam nauigationis præfidem, ita rusticice odem mense Maio fac rum ipli faciebant, veluci satis com nibus vitam forenti mon foli tamen, sed coiunctim cum Flora, quapropter

TAGEVILAD IHEETACE.

96

legimus in antiquo Kalendario Ruftico : S A-CR V M. MER OV R. ET. FLOR A E. atq; hinc etiam arguere licet, Mercurium eundem effe cum Zephyro. Floram verò cum Venere confundi, quid attinet toties inculcare ? dicendum potius, ex vtriulq; coniunctione ver excitari, flores oriri. Itaque in Peruigilio Veneris: Ipfa turgentes papillas de Fauoni fpiritu Vrget in toros patentes.

hoc eft florum viriculos (vi alicubi nominat Plinius) in latos calices aperit. At Lucretius libro quinto ita poëtice ludit:

It Ver, O Venus, O Veneris pranuntius ante Pennatus graditur Zephyrus vestigia propter: Flora quibus mater praspargens ante viai

Cuncta coloribus egregijs, & odoribus implet. nam quòd Floramà Venere videtur quodammodo feparare, poëtarum morem sequitur, quibus deorum conducit multitudo ad fabulas confingédas. Quòd verò Zephyrum facit nuntium Veneris, id quorundam opinionem fulcit aientium, ventos deorum effe internuntios ex loco Virgiliano Ecloga nI.

Purvem aliquam venti diunm referatis ad auras. quod fententiam firmat de Mercurio deorum nuntio, quom Zephyrum diximus este creditum. Id verò in momoriam renocat locum illum in Blal. cul. Qui faris angelos mos spiritus, quo Hebrei expositores, teste Genebrardo, post R. Salomonem intelligi aiunt Deum ventorum vi ministe-

Mi

A DAE X P LA GAITADA T

G(2

rio canquam nuntiorium quem fentum & lante nius ingesit. Cætefilm nölim quilquam labatur pittansh Chlorida wohrumo dile Japiga en vereri Glassario, in quostériprum: atores, idmostaremes deceptus emendatione Io. Meursij in Exercitat tion. Criticis, & Bon Vulcanij in notisad Gloffar. qui reponunt Chloris, licet, idblandireur fabulæ de Zephyri & Chloridos conjunctiones pam occidentalis quoque ventus est Japyx, siquidem in Glossario legendum Compvel Caunus qui venrusidem cheum lapyge, ve differie Phauorinus apud A. Gellium lib. 11. cap. x x 11. Quòd verò ex Labeonis, aliorumque sententia tradit Macrobius, Maiam Mercurij markem creditam elle terram, id etiam pertinere huc poteft; palàm enim est, oriri ventos ex terreno halitu. ideo ventorum parentes à Philochoro apud Suidam nominantur eTellus, sei Sol 3 ab alijs cælum, se terram. Munus quoque Mercurij fuisse, legimus apud Lucianum, Iouispalatium verrendi: id quod & Zephyri opus indicat, qui abacta hieme vernam inducens ferenitatem detergit nubila celo, vt de albo Noto alicubi ait Horatius. cælum enim, hoc eft aër, Iouis eft domns; & verrere apud Lucretium, Maronem, Lucanum, aliolá; passim venti dicuntur. Quod autem ait Plinius lib.xv11. cap. xxx1v. Fauonium in plantas afflatu nutricium exercere, id adumbrarià poetis, alijs que fabulatoribus videturi, dum aiunt, Mercurium Bacchi fuisse nutricium. vnde -& cuiusdam Mercurij statuæ meminit idem Pli-

TABVLE HELIACE. nius lib. xxxiv. cap. viil. Liberum patrem in infantia nutrientis. esse enim Bacchum plantatum antistitem, superius demonstrauimus, vitis presertim, cui fustenta culum adhibetur arundo. quo fortaffe spectat in tabula nostra Mercurij virga fub arundinis schemate. innituntur enun vites arundinibus, quemadmodum pueruli nutricijs, qui propterea Baiuli dicebantur (vt hodieq; nutrices Italico idiomate Balie) quia infantes gestare foliti, vt. docet Pignorius meus in pererudito -Commentario de Seruis, ad quorum similitudinem de pedamentis vitium ita loquutus in Anglic, Hift. Malmesburiensislib. 1v. Hicpratesitur ager vineis, que vel per terram repunt, vel per baiulos palos in celsum surgunt. Creditus est quoque Mercurius virgæ suæ ope vitæ, necisi, auctor. quoldam enimad vitam euocare, alios (vt ait Prudentius in Symmachum) damnare neci. nam Fauonius, vt Theophrastus inquit lib. de Ventis, Gus naprous, rous polo opeiper, rous polo reforer, fructus alios corrumpit, aligs fouet. perdit enim, quum calidus atque æstuosus æstivo tempore à mari spirat; seruat, quum frigidam flat auram. Arietem quinctiam Mercurio tribuerunt. Itaque in antiquæ gemmæ scalptura Mercurius arieti insidet; & in alia apud Pompeium Pasqualinum pabulum ex frondibus arieti præbet. & ita de ariete loquitur Artemidorus lib. 1 I. cap. xII. 2 jap mit i ro Goor, 2 Epper verousa ? o mus, velox est animal, eique Mercurijspecies creditur inesse. Tutelam arietis ideo M iii

Digitized by Google

Mertario tributani existimat Paulanias lib. 1 L. quod is præ cæteris greges tueri, atque augere crederetur. verum quum fubiungat, quædam sibi cognita ill Magna matris initijs de Metcurio, & 'ariete, que proferre non audear, fulpicionem inijeit, naturalem subelle rationem. occulta enim mylteria in illis, Isiacis, sacris rerum vt plurimu naturalium interpretationem sumebant, Exhoc itaque vernum tempus denotatum exiftimari poteft. aries enim cælefte fignum ver figurar, vt Manilius loquitur. Ac quia verno tempore tondentur oues, creditus est Mercurius eius rei, simulá; lanificij auctor fuisse. Tertullianus de Pallio: Mercurium autumant force palpati arietis mollitic dele-Etatum diglubasse oueculam, dumque percentat quod facilitas materie suadebat, tractu prosequente filum eliquasse, &c. putant docti viri dictum, diglubasse, pro deglubisse. non probo. quid enim? vt Mercurius arietem lana exuerer, opus habuit excoriare? fi id deglubere est. hoc etiam alienum ab co, qué gregum presidem existimabant, vt indicat Paufanias. Boni pastoris esse aiebat Tiberius, tondere pecus, non deglubere. quin aio nec omnino pastoris esse pecus decoriare, & occidere, sed lanionis, & coqui, ve eleganter disserit Max. Tyrius. differt. 1x. emendo itaque in Tertulliano deglabraffe, verbo (ni animi fallor) Afri illius fcriptoris genuino, id valet glabrum reddere, aut caluum facere, siue id nouacula fiar, seu vulsura; vellebantur enim antiquitus oues, ante inuentam tonfu-

TABVLE HELIACE.

:95

ram, vt Varro auctor eft lib. 1v.de ling. lat. & 11.de re ruft.cap.vlt.nec.non Plinius lib. v111.ca. xLv11. & antiquus Perfij interpres ad Sat. 11. Sic deglabra to corpore Sacerdotes Indis fuisse feribit Lactantius Firmianus lib.1. cap.xx1. nam & caput decaluare soliti, & reliqua membra depilare. Ipsi quoque ferpennes Morcuriali virgæannexi ver quodammodo subindicant, etcnim huiusmodi animantes sanitati adscribuntur, neque sine his aut Hygeiam cernimus in veterum monumentis, aut Aesculapium medicæ facultatis deum, yt etjam monet Macrobius primo Satur. cap. x x. porto ver præ cæteris anni partibus saluberrimum esse, & experientia docet, & testatur Hippocrates lib. 11. aphor. 1x.nec non Cornelius Celfus lib. II. cap. 1. ac de Mercurio ita loquitur Phurnutus: Ster & The upalar auto ounder our , unde or fanitatem ei scopulauerunt. Videmus etiam serpentes verno tempore vetus abijcere exuuium, quod Aristoteli v. de Hift. animal. cap. xvII. vocatur xezupes, Flages. idque Plinius lib. vui, cap. xxIII. vernare dicit. Statius verò 1v. Thebaid. ita canit:

----- ceu lubricus alta

Anguis humo verni blanda ad spiramina Solis

Erigitur liber senio. ------

quapropter Artemidorus lib. 11. Oneirocr. cap. x111. per draconem ait fignificari 26000, Se 2 unus, È Se Smolistore Day to mas, is nadriv vealleir, tempus, propter longitudinem, or quod exuat senectam, ac rur sus inuenescat. Fabulam de serpente, qui effi96

cax ad arcendam senectutem remedium adeptus essentiation est apud Nicandrum in Theriaca, & Aelianum Itb. vi. de Nat.animal.ca. L 1. Annum sane redeunte vere dicimus adoles cere, propterea quòd non tantum apud plerosque ex nostris Theologis, sed & apud Ethnicos vetus fuit opinio, rerum hanc vniuer sitatem sum verno tempore habuisse initium, quod Maro indicat secundo Georgic. ijs versibus:

Non alios prima crefcentis origine mundi Illuxiffe dies. -----

& quæ lequuntur. Et auctor Peruigilij Veneris:

Ver nouum, ver iam canorum, vere natus orbis est. feu, vt alij legunt, Ver renatus orbis est. Macrobius lib.t. in Somnium Scip. cap.xxx. Aiunt, incipience die illo, qui primus omnium luxit, id est quo in hunc fulgorem calum, & elementa purgata funt, qui ideo mundi natalis iure vocitatur, Arietem in medio cali fuisse. Et rursum: Aiunt enim in hac ipsa genitura mundi Ariete (vt diximus) medium calum tenente horam fuisse mundi nafcentis. Eius rei symbolum (ni fallor) expressium videmus in antiquo marmore Romano, cuius ectypon hic damus: Puellus enim hirco infi-

Friday in the light

n in the state of the second
With the set


dens,

Line Philippy 2 1

e /

TABVLÆ HELIACÆ

97



dens, quasi tener orbis ac fœcundus à Sole temporum moderatore ad Mercurium veris præsidem ablegatus innouationem anni significare videtur. BONAE verò SPEI inscriptum est marmor, nam ex verna herbarum frondiúmque germinatione spes frugum cócipi solet. eámque ob rem sacrum ex herba antiquitus Cereri siebat. Phurnutus: æi ö ö ëap Anun mei Xieu Iosa, ME may Stias i Xaegas, idorns Xiea Onun mei Xieu Josa, ME may Stias i Xaegas, idorns Xiea Corra, i á aporías aisis é Xmida son sum gaudio, er lusu facrificant, videntes omnia germinare, ac obertatis spem protendere. eius facri mentio est apud principem poëtam primo Georgic.

98.

In primis venerare deos, atque annua magnæ Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis, Extremæ fub cafum hiemis iam vere fereno.

Quid fit hoc loco, lætis operatus in herbis, non omnino videntur intellexisse interpretes. innuit poeta, non in pratis tantum, sed adhibita quoque herba fieri consueuisse id genus sacrificij. latas verò non hic accipit, quemadmodum initio eiusdem libri lætas segetes, sed alludit ad hilaritatem, qua id festum peragebatur, vt docet Phurnutus. Porro Atheneus lib. xiv. vocatam ait & Δήμητεα ότε μου χλόκυ, ότε δε ίκλω. Cererem modo herbam virentem, modo fasciculum tritici. Atque huic est, quòd in sacris Éléusinijs gestabant in ciftis Canephoræ, cùm flores, tùm spicas. Haud tamen ignoro, & alias fignificationes huic marmori adaptari posse ; veluti quòd de Baccho diximus, nutricium habuisse Mercurium. erat enim hircus Baccho facer. quin ait Phurnutus, iarow ??) + rea'or, illum ip fum effe hircum: & quum infans esset, in hædum conuersus dicitur Aldresser (inquit Apollodorus lib. 11.) Eus Eis éerçor amazas, + Heas Junior Ensente: Bacchum Iuppiter in hædum transformauit, vt eum Iunonis ira subduceret. addita verò Solis effigies cum facibus, ad ardorem indicandum, ex quo prodijsse fertur Bacchus, vt supra monuimus. Quod

TABVLE HELIACE.

99 siquis ea capri figura ad capricornum cœleste sidus allusum putet, marmoris allegoriam ad Au. gusti genituram trahet, de qua Suctonius cap. xciv. Sol verò, fiue Apollo ideo exculptus, quia cum Augustus patrem iactabat. at Mercurius cum caduceo, & Amattheæ cornu pacem, rerúmque affluentiam præmonstrat : is onim propria appellatione Samp edus dicebatur . nefte Aristide Orat. pro Rhetor. Cæterùm vt ad Mercurium Veris parentem reuertamur, quod lib. 11. tradit Paufanias, Herculis clauam Mercurio confecratam regerminasse, ad rem, qua de agimus, referendum est; diximus enim Herculanam clauam arbores denotare hiberno tempore frondibus exutas,quas Mercurij numen, hoc est verni temporis virtus conuestit. Fabula etiam, quæ de Panos ortu fertur, eum scilicet ex Mercurio in hircum verso, & Penelope genitum, ipsum indicat mundum verno tempore exortum, de quo nuper loquuti sumus. Est enim Pan ex mythologorum omnium sententia rerum vniuersitas. at per Mercurium Ver significari, iam docuimus. qui in hircu versus dicitur ad notadam eius temporis fæcunditatem, quippe ver أشته عمالاور موالله , tempus est fæcundissimum, ait Theophrastus tertio de caus.plant. ac sane hircum ipsum tanquàm fœcunditatis indicium ab Ægyptiis adoratum, prodit Diodorus lib 1. Penelope verò pro rerum genitrice natura, seu pro hyle capienda est, quæ telas texere, & retexere ideirco dicebatur, vt re-Nij

100

rum viciflitudo, ortúlque & interitus indicaretur. aique hanc eius figmenti expositionem esse autumo. Quòd verò Verusius quidam Mercurij filius ab Hygino nominatur, siquis ad nominis etymon respiciens (modo ex Græcis non defluxerit) Mercurium ex eo Veris parentem innui, opinatus fuerit, eius ego sententiæ haud inuitus subscripserim.

FINIS.

Digitized by Google

HIER ALEANDRI IVNIORIS

Expositio argumentorum in Zona exculptorum antiquæ statuæ ex albo marmore.

AD PAVLVM GVALDVM Archipresbyterum Patauinum.



VAESIVISTI à me, Paule Gualde, vti quæ mea effet fententia de ftatua illa mutila, quæ Romæ nuper eruta apud te afferuatur, deque argumentis, quæ fignis parùm extantibus infculpta vifuntur in eiuf-

101

dem statuæ zona, depromerem. Eam equidem prouinciam lubens suscipiam. nam, etsi non sum nescius, infra tuam expectationem fore, quæ in medium sum prolaturus, satis tamen mihi suerit, tuæ, vtcunque potero, morem gerere voluntati. Statua ipsa, siue statuæ truncus, quum careat non capite tantum, sed & brachiis cruribúsque cuius speciem gesserit, haud facilè suspi suspisation si neque ego is sum, qui hariolari nouerim. si qua tamen ex ipsa zona elici potest coniectura, quum symbolum contineat Solaris virtutis, terrenæq; sæcunditatis, ac spei oriturarum frugum, vt postea demonstrabimus, non ab re quis existimet, aut rerum parentem Natu-

N iij

102

ram, aut Tellurem matrem, Cybelemvè, fiue etiam Iunonem, aut Vestam, quas non minus pro terra acceptas, ex mythologis liquet, ea statua fignificatas fuisse. Quis scit, an potius Veneris fuerit simulachrum? eam siquidem ita alloquitur Lucretius:

Qua quoniam rerum naturam fola gubernas, Nec fine te quidquam dias in luminos oras

neque tamen qui pectus Exoritur, &c. cingit, exornátque, cestus est Homeri carminibus nobilis: is enim Cupidinis parentem, atque amorum conciliatricem ; nostrum verò cingulum maway that arguit; etenim & hoc cognomine inlignitam fuisse Venerem tradit Phurnutus. Ipsum sanè cingulum (seu pectoralem fasciam dicamus) sigilhs tametsi temporis iniuria penè fugientibus, iis tamen diligemer inspectis, exprimendam graphice curauinus, ita, vi nullo negotio constare queat, quid præseferat. Raptum scilicet Proserpinz in co agnoscimus, comites Deas sollicitas. Cererem matrem cum lampadibus quæritantem. quid verò sibi velit Hercules Plutonis quadrigam præcedens, quid Iuppiter nubibus infidens, aperire mox conabimur. Subiecta sanè zodiaci signa id efficiunt, vt hæc ipfa argumenta à fabulis dissuncta ad naturales rationes traducantur, ad agricolationem scilicet, quæ Soli præcipue deber, quicquid bomi ad victum percipit. is enim signiferum percurrens circulum frugum semina per hiemem fouer caloreà

103 frigoribus circumcluso, & coërcito: verno tempore in herbas educit: æstate, atque autumno maturat, perficitque. Subit verò dolore infelicem ethnicorum cæcitatem, quorum deus venter, vt verbis vtar Apostoli. fiquidem eos sibi deos constituebant, qui ventri inseruirent, fruges nimirum, & fructus, terram præterea, ac Solem, Lunamý; tùm tempus, pluuiam, aërem, quæ omnia nascituris conducunt rebus alimento idoneis. vt minime mirum sit, si nescio quis apud Menandrum suum agellum salutans ita loquitur:

Τό γδ πέφον με, Col τ' έγω κρίνω λοίν.

Quod me enutrit, id ego iudico deum. Hoc præter eos, qui pleraque de diis fabulosa ad physiologiam detorquent, ex nostra zona palam fit. duodecim enim zodiaci signa, quæ subiecta inspicimus, nos commonefaciunt, vt Plutonem quadriga vectum, qui potiorem hic obtinet locum, pro Sole capiamus: cui itidem quadrigam veteres tribuerunt, seu pro Solari virtute, qua ex agricultura fructum percipimus. ac sanè quæ Plutoni tribuunt Parcæ apud Claudianum, ea Soli conuenire videntur : fic enim canunt :

Qui vitam,letumq; regis. nam quicquid vbique Gignit materies, hoc te donante creatur, Debeturq; tibi certis ambagibus aui.

Verùm Pluto Sol inferus censendus est, de quo ita Macrobius primo Saturnal. cap.x1x. Inferi autem nomen Soli datur , quum inferiore hemißhærio ideft biemalibus signis cursum suum peragit; superi, quum

TABVLE HELIACE.

104

partem Zodiaci ambit aftiuam. Hibernus itaque Sol Proferpinam rapuisse dicitur, quia hibernis mensibus semina sub terris latent, ac solari vi souentur, vt suo tempore in herbas erumpant. nam Proferpina, quam vel fruges aiebant esse, vel aridorum seminum virtutem, tunc ad lucem reduci, & reuisere matrem dicebatur. quo sensu Orpheus in hymnis sic tempora alloquitur:

Περπφόνη συμπαίκωρες, twina μοιραι Cubitw Kai za'erτες κυκρίοισι χοεοις ποτός Φως aia'yωσι, Ztwi za erζόμθμαι, È μητίει καιρποδοτείρη, Proferpina collufores, quando Parca illam Et Gratia circularibus choris ad lucem reducunt, Ioui gratificantes, & matri fructuum datrici.

nam quod innuir, Parcarum opus esse, fructus in apertum educendi, etymon Varronis in mentem reuocat aientis, Parcas à pariendo dictas, vt est apud A. Gellium lib. 11. cap. xv1. Porrò quam intulimus fignificationem eiusdem raptus, ea dilucidis verbis à Porphyrio traditur apud Eufebium de Præparat. euang. lib. 111. cap. 111. imi Si (inquit) & Theis year Barrondy an antepusitor lin its Sundans, tu haros and Brata huropayerov inverser T Си Амеелиа' Ента's. корп логой посиналия по стериато 205. TASTEN SE à to to lie int intios, rey tou apon me worten κόριω, ιώ πογει ή Δημήτηρ κρυ σλολύ lu is ylu. quoniam verò virtus est quædam proiectorum humi seminum, illam subtrahit Sol sub hemisphærium currens hiemali tempore. Proserpina quidem virtus illa seminum,

TABVLE HELIACE.

105

num, Plato verò Sol est terram subiens, atque occultum percurrens orbem , hibernumq; folftitium. atque idcirco raptam ab eo Proferpinam dicunt, quam sub terra latentem Ceres guaritat. nec abludit Phurmutus, quùm ait : apradoray d' à d'ons the guyarte ou the: Anjun-דנפוג לעושלגילא , אבי דטי אוניוטעי הדי אבניטי עים לא מדיף -IF x yns a pouropeor. rapaisfe fertur Pluto Cereris filiam, quia frugum semina ad aliquod tempus terra occulantur. Sic Arnobius lib 1. ex Gentilium fabulis: ille qui raptam Dite à patre Proferpinam dicit, non , ot rerss, in turpissmos appetitus viraginam ditit raptam, fed quia glebis occulimus femina, ise sub terras Deam, 🕱 cum Orco significat fædera genitalis conciliare fæture. Nec verò me clam est, aut inferiorem hunc aërem, aut terrenam vim per Plutonem apud quosdam mythologos significari. verùm quamcunque tandem virtutem aut terra obtinet, aut aër ad progenerandas fruges, cam præcipuè à So+ le haurit, qui primus est naturæ satelles, mensé; mundi, & temperatio, vt aiebat Cicero. is enim viuifico suo calore sub terras immisso, ac hiemat li frigore circa semina compresso, vires præber ad germinandum. 6 28 1/2105 & 16000 Strei ne vize mis, and is the ize direaterses is raining the wideror enim Sol non ea tantum, que super terram, sed or que sub terra sunt, vberiora, melioráque reducre, inquie Theophrastus lib, 111. de caus plant, cap. 1v. Quamobrem concinne hiberno Soli Plutoni fecere nomen, quod teste Platone in Cratylo à diuitiis deductum est, vt & Ditis apud Latinos.

0

EXPLICATIO

106

Cicero 1I. de Nat. deor. terrena autem vis omnis, atque natura Diti patri dedicata est; qui Dis, ve apud Græcos mistres; quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris. Hinc Orpheus hymno in Plutonem:

ΠλουCoboth Justin Begtite naptions charth.

Diuitias largiens humano generi fructibus annuis. Plutoni tributa fuit galea, qua caput contegeret, quæ etiam in prouerbium abiit. Ea in nostro marmore non apparet, quippe exclum ca in parte crat. De huiusmodigalea ita Hefychius: Aids xuven, agavaror n vepos, & reccarror ray of geoi, bray gerwon Zarizous un no woone ora, Orci galea, nubes quadam immortalium est; qua Dij circundantur; quum nolunt inuicem cognosci. Id Hefychius ex Homero lumplit, qui Mineruam inducit Orei galea vtentem, ne à Marte conspiceretur. Verum ad rem nostram propior accedit Porphyrius, qui apud Eusebium, matres & (inquit) & xopus apmat nous ndu izd, To a ques notou ou born. irreplit error in illis verbis nous row, in quotum locum omnino substituo musiku, & sic interpretor : Pluto Proferpinæ raptor galeam habet , occulti poli symbolum. Sed, vt promain ingenue, quod sentio, si hibernum Solem per Plutonem intelligebant, eius fanè galea nihil est aliud, nisi nubes, & nebulæ, quibus hiemali tempore Solis aspectus frequenter nobis subtrahitur. Porro idem Porphyrius, quò magis demonstret, Plutonis figmentum ad Solem pertinere, ita loquitur de Cerbero tricipite: + 3

TABVLE HELIACE.

new and Snos the nerow T neption, is rela Suppredules, Eis Tra Caborlus, & This Toologlus, & This aid Sons. 8 2 Ba & Cit xneges Extraces Boear, o Suzor Cat Juzas, xémora now, Lina o Sa & ruf, & (ita repono pron). 2908 20's o mrstaw, ordu apraion the rophen. eins autem canis fructuum generationem significat in tria diuisam, in sationem, conceptionémque & generationem. haud enim à morte vocatus est, qu'd defunctorum animas possideat ad vorandum, sed à concipiendo, seu generando. cuius rei Pluto elargitor est, quam Proserpinam rapir: Proferpinamo à Græca nomenclatura deria uare videtur Tullius, quum ait secundo de Nat. deor. Is rapuit Proserpinam, quod Gracorum nomen est: ca enimest, que Soupin Grace nominatur, quam frugum semen esse volunt, absconditamque à matre queri fingunt. Alij tamen à ferpendo, seu proserpendo, vt eft apud Varronem lib. w. de ling. Lat. Hine Arnobius lib. nI. adu, gent. or quod fata in lucem proferpant, cognominatam effe Proferpinam. Ful+ gentius lib.1. mytholog. Proferpinam vero quasi fegetem voluerunt, id est verram radicibus proferpentent, qua or Endern Grace dicitur : Enderde enim Grace centum sunt. & ideo hot illi nomen imponant, quia centuplicarum feges proferrio fructum. D. Augustinus VII. de Ciu. Dei, cap.xx: In Cerevis facrispradicanour illa Eleusinia, que apud Athenienses nobdissima fuerunts de quibus Karro nibil interpretatan, msi quod attinct ad frumentum, quod Ceres inwome, grad Proferpinum, quam rapienie Orco perdidit; & hano ipfam dicit fignificane focundiratom seminum. qua quum defuisser quo108.

dam tempore eadémq; sterilitate terra mæreret, exortam effe opinionem,quòd filiam Cereris,id eft ipfam fœcunditatem, que à proferpendo Proferpina dicta effet, Orcus abstulerat, or apud inferos detinuerat. Idem quoque cap. xx1v. dictam afferit terram quandoque. Proserpinam, quòd ex ca proserpant fruges. Aliam etymi rationem amplexus est Iulius Firmicus de Err. proph. relig. Frugum (inquit) substantiam volune Proferpinam dicere , quia fruges hominibus , quum feri cæperunt, profint. Nec prorsus diuersus abit Phurnutus, qui zopes nomen (nam & hæc: Proferpinæ appellatio apud Græcos erat) à faturando dedu-reéquara mézer rolego UNA. Corum peperit, quasi faturitatem : materia, enim est alimenta prebens ad satietatem vsque. Proserpinæ raptum euenisse finxerunt in Sicilia, ad indicandam eius Infulæ feracitatem, aerilá; temperiem, quò etiam trahit Natalis Comes in sua Mythologia florum copiam, in quibus colligédis occupata erat Proserpina, quum à Plurone rapta fuit. at in nostro marmore cuersus calathus, & prolabentes flores hiemem denotare videntur, quo tempore herbis floribulg expoliata estterra nisi quis malit candem hic adaptare significationem, quam fabulæ exfecti Attinis subesse aiebat Porphyrius. quod hisce verbis testatur D. Augustinus lib. vII. de Ciuit. Dei, cap. xxv. Parphyrius philofophus nobilis, Attin flores significane perhibuit, & ideo abscissum, quia flos decidit ante fru-clum. nam segetes vbi defloruerint, turgescunt, TABVIE PIELIACE. 109 perficienturg. Cæterum Proferpina comites habuiffe dicitur in decerpendis floribus Dianam,& Mineruam Valerius Flaccus lib.v. Argonaut. Florea per verni qualis iuga duxit Hymerti, Aut Sicula fub rupe choros, hinc greßibus herens

Pallados, hinc carę Proferpina iuncta Dianę. quas etiam in zona exculptas esse, neutiquam est ambigendum: eas nimitum, que pone currum Plutonis visuntur manus protendentes quasi de raptu follicitæ. nam etfi confumptum marmor præcipua Dianæ indicia nequaquam præbet, alteram tamen galeatam, & thoraca indutam fatis demonstrat esse Mineruam, Tres hasce Deas vestem de collectis floribus Ioui contexuisse refert Diodorus Siculus lib. v. Quid hoc figmento excogitarunt veteres? Iouem Orpheus alijó; mundum esse, professi sunt, superne quidem nudum, inferne vero veste contectum Infera mundi pars verra est, quæ floribus herbilý; tanquàm veste operiri solet. id cum ex terrena vi prouenit, tum ex celetti terrenam Proferpina commostrat? Minerua & Diana colestem, lunarem nimirum potestatem, quæ germinum incrementis nimium quantum conducit sudis ignibus numiens leta femina, vt inquit Apulciús ideo Lúna Orpheo dicta GEPERSEPTOS, & TENEOTOS; & Diana the agound the resumpties Son going, all an ist er an educensapulchros fructus externas anches Idg occasionem dedit fabulæ Endymionis à Luna adamati, si Eulgétium audimus ita scriben-!

O iij

EXPLICATIO

tem extremo libro secundo Mythol. Pastorem Endymionem amasse fertur, quod nocturni roris humon, quem aporrhæa siderum, atque ipsius Lune animandis herbarum fuecis infudat, pasteralibus profit fuccessions. Mineruam quoque ad Lunam pertinere (nam de Diana nulli non cognitum) perspicuum ofter D: Augustino, qui cap: xvi libri septimi, de Ciu. Devita feribita Mineruam etiam, quia cam. humanis artibus preposurunt, nec invenerunt stellam, abicant pumerent y is undern' vel fummun athenai, vel: Luchamelle dixerunt Arnabius lib. 111. Arillotsles (vt Granius memorat) vir ingenio præpotens, atque in doctrina predipuus, Mineruam effe Lunam, probabilitus ingumenois explicant quià effe vin Luna acriorem, inpuit Porphyrius apud Eufebium tertio de Præpar. or Si Sinkhar de naig, Toto Agnue de our men. ique od Apollo in Sole it Minerna in Luna eft. dixeratautem ignitam Solis vim effe Apollinem Itaque quòd ad Coroneam vna cum Minerua Pluco dicarus eller, sand rea musini airlan, yt ait Strabo lib. 12. Solaridoviš indicator cum Lunari coniuncta ad frugum, frichuúmque generationem promouendam: concinebant enim phyficas rationes.occultavilla enaniconum mylberia, vt.alibi monutaus Sed & iplam Proterpinam Lunz adiunxerunt, quod pailim norum. Diogenianus in Prouerb Anna Ca Aparter & Engine a for an our Minerua; Diana; Or Hecard fau Broferpina vnum atque idem effe censenout. Quorivea qui calor ex Luna promanar, Minerija eft : humifica vis, THE O

TABVLE HELIACE. **JER** Diana, quam fontibus delectari, & comitos habere nymphas aiebant : Proserpina verò, quatenus Lunaris virtus terræ immiscetur ad fruges, herbas, plantasque corteras implendas. nhm cadem quoque de caussa Cererem iplam Luna adscribebant, vt Porphyrius testatur apud Eusebium : qua de readi Macrobium Saturn filles. cap. xvi. Inresitaque in fabulasraptile francerung socias Proferpinæ Mineruam, & Dianam, quæ Alor spay ab oraculo nefcio quo appellare funt, vt apud Suidam, to. Tietzom, alielque videre est, ad indicandum forsitan Lune candorem. -Venerem quoque tribus illis Claudianus addidit ad legendos flores; quod & Hygino in fabulis probatum est at in nostra zona pro Venere, quæ generandi possidet virtutem', exculptus Cupido cft supra currum Plutonis volitans. is enim ad Dianam & Proserpinam viderur quodammodo pertinere. audi Tullium II. de Nat. deor. Diana item plures, prima Jouis, 5° Proserpina, que pinnatum Cupidinem genuisse dicitur, Scc. tidere fane venit in mentem, veterum de dijs fabularum futilitatem, quas quum vnicuique confingere pro arbitratu votoque fas foret, procliuè fuit in difcrepantias prolabi. ex quo factum est, vt carum interpretes necesse habuerint, plures loues staruere, plures Proferpinas, Plures Dianas, aliáque huiusmodi. verum quis in dehramentis incptiarum constantiam requirat? quod attinct ad rem, qua de agimus, Cupido hic appetitionem illam

ITEL

(vit ica loquar) denotat, qua inferiora hæc ad -cælestia rapiuntur, illa vicissim seminalem vim immittere in terras amant ad rerum procreatio--nemilmque in extremiszon & partibus hine Cesies proterra, hinc Iuppiter pro cœlo, aut æthere Eu potius aere confpiciuntur. Cererem sanè inselligenniam creditam fuisse, quæ per terram pergir, existedligereeft, que à Ciccione afferuntur trl. de Natur. deor. sed & pro terra ipsa capiebatur. Artemidorus lib. 1: Oncirocr. cap. XLIV. in ב דונו באינוחדים דע זאת דעי שי דעי צעי אין אינ אינ שי אינ שי אינ אינ אינ שי אינ אינ אינ אינ אינ אינ אינ אינ אינ Ensueges אשל א אי , C PEPErbios אפגאל דבע, אבע Bioswege, Insuper Cererem eandem cum terra rationem habere sapientes aiunt. largitrix enim, atque auctor vite, victusq, terra appellatur. Idcirco à gerendis fructibus ita dictam autumant. Cicero II. de Nat. deor. à gerendis fructibus Ceres tanquàm Geres, casuque prima littera itidem immutata, ut à Grecis, nam ab illis quoque Shuntep quasi yhjuntep nominata est. que denominatio & à Varrone comprobatur lib. 1v. de ling. Lat. auideq; ab altis arrepta. Arnobius lib. 11I. Terram quidam è wobis ; quod cunctis sufficiat animantibus victum, matrem effe dixerunt magnam. eandem hanc alij, quòd falutarium feminum frugemgerat, Cer rerem esse pronunitat, Iulius Firmicus de errore prophanarum relig. Terram ipsam Cererem nominant, nomen boc à ferendis fructibus mutuatum. pro ferendis mallem gerendis, vietymo magis infistat. Seruius tamen in 1. Georgic. à creando deducit, vt & Isidorus lib. v11. Orig. cap. x1. quum ait : Cererenz ideft

T A B V L Æ, H E L I A C Æ. 113 id eft terram à creandis frugibus afferunt dictam, fortè quia cereo antiquitus dicebatur pro creo vnde cerus manus, creator bonus, in carmine Saliari apud Feftum. ídque Scaligero in coniect, ad Varronem magis placet. At Fulgentius lib. 1. mytholog. à Græca voce zaed incpte satis etymologiam sumit, sic inquiens : Gerés enim Grsece gaudiara dicitar, er ideo illam fruments Deam effe voluerunt, quòd ubi plenitudo fructuum su, gaudia semper abundare necesse est. Quod verò attinet ad Sum ress etymon, idem quod Cicero testatur Diodorus Siculus lib. 1. wers siculum illum Orphei laudans:

The unitap now ter Anuman mon so bore per. Et Philo libro de mundi opificio : un mo ol' os como 19 1 m m, The or This open rols booker author A Hour rear your resay; rounes, ig ms brown our mater etiam ad quandam similisudinem terra est, unde illam Demessam appellare antiqui voluerunt, nomen ex terra en matre conflatum. Dupliciter Phurnutus variat, quum de Corere ita loquitur al el ol to un Es Estor queu te à ngé pelv mohimi, Shoch rein , diovel mis un mar Sorty . " Das ai, 900 mois, Same Day vy Say wo Day. quod vero instar marris pariat salarque omnia; Demetram pompnarunt, quasiterre matter finectian Louis, ve pole qui abunde bominibus ca suppeditarit, ac dispertinerit, quibus vesci queent. addit in Super, distam fortalle zon ? Shew quòd scilicet inveneritus que homines patisfimum exquitant. Verum Platoni in Cratylo dicitur Anno mp, quali Adam pomp, ab alimentorum

ExPLICATIO

II4

nimirum largitione. Ex his constat, Cererem pro terra habitam. At cur eiserpentes assignatunt? fic enim Cererem alloquitur in hymnis Orpheus. Apua Spaxov reloion Soo (Siga ou zazivois.

Franatos dracones ad currum iungens.

Terram dracones præ cæteris animantibus commostrare videntur, quòd cam toto penè corpore perrepentes verrant. vel idem dicendum, quod in Proferpinæ etymo protulimus, fignificare videlicet aut radices, aut segetes ipsas, quæ quum parum attollantur, quasi per terras serpere dici queunt. sunt etiam qui existiment, obliquos arationum sulcos designari, at Io, Goropius Bacanus lib.xv. Hierogl. denotari putat aut terræ vliginem, aut maxil Sueodav, nam quemadmodum sata semina in segete renascuntur, ita serpentes senectutem exuentes quasi denuo nasci videntur. Huic nostræ Cereri filiam perquirenti cum draconum curru, pene geminus est antiquus denarius à Ful. Vrsino exhibitus libro de Famil. Roman. in gente Vulteia, & ab Ant. Augustino in Dialog. de veter. num. qui quidem sià doctis viris observatus fuisser, haud ita facile vulgatam, probámque lectionem in Minutio Felice Iollicitallent, in cuius Octauio ita reperio : Ceres facibus accensis, & serpente circumlata errore surreptam, & corruptam Liberam anxia, & follicita veftigat. iterum enim arque iterum moneo, iis, qui philologize studiis dant operam, non libros tantum euoluendos esse, sed & veteres nummos, aliáque antiqua

TABVLE HELIÁCE. 115 monumenta excutienda. Quamobrem lectio illa circundata pro circumlata, quam ex Regio codice Des. Heraldus supponit, reiicienda omnino est; neque eius audienda interpretatio affirmatis, idipsum este, quod ait Apulcius, dextra lauaque sulcis infurgentium viperarum cohibita'. siquidem Apuleius de l'fide loquitur. au duces, que lhis Ægyptiis, eadem Ceres Græcis Romanilque, vt seitantur Herodotus, Diodorus, Paulanias, alij id me non fugit, fed vero aio; non)eundem verique ornat rum, ac diuerfam fuisse fignificationem viperis, aspidibusque Isidis à Cereris draconibus. nec im-, morari operæpretium in re omnibus obuia. Magis ctiam repudienda correctio. Io. Meurlij in Hypocritico Minutiano, vbi pro serpente circumlata reponit derepente circulata. nam quod ait, apud nullos scriptores reperiri ca in re serpentum mentionem, eruditum profecto virum; fugit ratio. Scioà quibuldam traditum, totam illam peruestigationem pedibus fuisse peractam, quapropter Callimachus mirari se ait, quo pacto Cererem per tot regiones ferre pedes valuerint. verum, ve oft fabularum inconstantia, aliter alij tradideunt. Apud Ouidiv, Met. Ceres vbi ex Arethula cogneuisser Proferpina raprum, France Jack O • orthe second curribus our as the second inco Existin athereas. The control State & apertius Scribir idem poëta quarto Fastorum, Sicula quidem loca pédibus à Cerere peragrata, at quum extra infulam abire vellet, currum conscendisse.

P ij

٨.

116

Eft specus exesi structură pumicis asper, Non homini facilis, non adeunda fera. Quò simulac venit, franatos curribus angues.

Iunxit, & aquoreas ficca pererrat aquas. Et fugit ad Syrtes. cum iis, quæ lequuntur. Sed & quum è Celei & Menalinæ domo abscederet,

, Dixit, or egrediens nubem trahit, inq; dracones

Transit, es alifero tollitur axe Ceres. neque enim Siciliam tatum, sed vniuersam pererrasse terram traditur. Cicero act vi. in Verrem: quam quum inuestigare, es conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse tadas ijs ignibus, qui ex Aetne vertice erumpant, quas sibi quum ipsa praferret, orbem omnium peragrasse iervarum. sed & in cælum indagatum iuisse. Naso cod. lib. ins. Fastor.

Quò feror ? immensum est erratas dicere terras: ...

Preteritus Cereni nullus in orbe locus.

Meden quoque tribunt fabulatores currumà

draconibus actum: ac fand fi fabulæ medullam perferutari velimus, non alia à Cerere Medea reperietur. nam & Macrobius lib.1. Saturn: cap.xn. Maiam, hoc est terram, Bonam deam, & Medeam vnam eandémque creditam este refert. Iasionem Ceres adamauit, Modea Iasopent, quem agri 20lendi rationem docuit: quò enim spectar taurorum subiugatio? aratio terræ? dentium draconis fatio i exottus armatorum hominum? durei velleris adeptio? Aureum vellus opes sunt, quæ segetum vbertate parantur, dentes draconis, fru-

TABVLE HELIACE. 17 gum semina sulcis credita. viri hastati, spica aristisarmatæ. Haud igitur mirum, fi Medeææquè ac Cereri datus fuit currus serpentum. Porrò duæ funt faces, quibus & in nomifmate illo, & in marmore nostro Ceres fibi prelucer. idq; & scriptorum testimonio memoratur. Ouidius quinto Metamorpholeon,

– illa duabas

Flammiferas pinus manibus fuccendit ab Aetna. nam quum ambabus manibus id egisse dicar, duas innuit fuille faces. apertius tamen lib.tv. Faltorum:

Illic accendit geminas pro lampade pinus,

Hine Cereris factus mine quoque teda datur. Arnobius tib. v. fumit faces geminas flammis comprehensas Aetneis, quibus sibi prelucens perzit ire quessium terrarum in regionibus cunctis. quas tamen Ouidius nominat pinus, cas Claudianus air fuisse cupressus. Que hisce facibus insit significatio, aperit Fulgentius primo Mytholog. iis verbis : Hanc eriam s'aptam cum lampadibus mater querere dicitur, unde or lampudum dies Cereri dedicusus est, illa videlicet ratione, quod hoc tempore cum lampadibus, id est cum Solis fernore seges ad metendum cum gandio requifaitr: Air quum cas succendisse dicatur ex Actna, magis eft, vt exiftimem cum Goropio, fubterranoute denotari calopent, qui seminibus vim impervit percoquendi alimenta, aut augeleendi. Ceterum non fufficiunt frugibus ve adoleleant materna officia, opus ctiam habent genitoris P

118

auxilio. ideo exculprus Iuppiter in extrema fascia, quem pro cœlo capias licet, aut pro aëre: cœlum enim rationem patris habere in rerum procreatione, terram matris, ex Aristotele quoque liquet, quum lib.1. de generat. anim. cap. 11. ita Icribit : אוֹש א דע טֹא ק דעע אוֹג קטטחט , עיג איא ע ב אודופת יסוגולצידוי צפעיטי גי ל אאוסי, איץ כו דו דנוי מאאמי דני לוצידני is Survivas is marteens acomposition ideirco in universo quoque naturam terra quasi faminam, matrémque exiftimant ; cœlum autem, 🕤 Solem , 🔊 fi alia funt generis eiusdem, perinde vigenitores, patrésque appellant. Derosum sanè marmor Iouis faciem, vt & proximi Herculis, abstulit, at notæ supersunt, quibus ij facile dignoscuntur. Iouem intuemur nubibus infidentem, & seminudum. nam vtexplicat Potphyrius ab Eusebio relatus lib. 111. de Præpar. prouida credebatur esse, & viuifica rerum virtus. sedere fingebatur, vi immutabilis eius soliditas exprimeretur. nudabantur superiora, quoniam conspicua est eadem virtus intellectualibus, ac coslestibus partibus inferiora regebantur, vt indicarctur, occultari mortalibus humi degétibus. Eandem propè expositionem affert Suidas verbo (LL), &, vt apparet, ex Suida Geor. Codinus in libello de Origin, Constantinop, Verien non tantum creatrix rerum mens censebatur Juppiter, fed quandoq; mundus ipfe, quandoq; cœlum; ant aër, &c, vt testatur præ cæreris Senecalibery.quæft. natur. cap.xLv. omne illi nomen conueniebar, quo vniuerfitatis procreatio inpueretur saut guz

TABVLE HELIACE.

bernatio. Hinc de Ioue legimus apud D. Auguftinum v11. de Ciuit: cap.1x. Deus est, inquiunt, habens potestatem caussarum, quibus aliquid fit in mundo. Ac principium, finité; omnium nominatur ab Orpheo in hymnis.

Πομογμεθλ', αρχή πομιτων τε τελθυτή.

Sed ad rem nostram vt propius accedamus, D. Augustini verba in medium sunt afferenda ex codem libro, cap.xvi. Ditem patrem, hoc est Orcum, terrenă & infimam partem mundi. Liberu & Cererem praponunt seminibus, vel illam masculinis, illam semininis, vel illum liquori, illam verò ariditati seminum. E hoc viique totum refertur ad mundum, id est Iouem, qui propterea dictus est progenitor, genitrixá, quòd omnia semina ex se emitteret, in se reciperet. Quarc frugum fertilitas ei accepta ferenda: Hessiodus:

Ass xer aspooring saxues volorer éea (e.

Ei TEROS autos inter Orupertos éastor ordeo.

Sic quidem vbertate spica nutabunt ad terram,

Si finem ipse postes Inppiter bonum prabuerit. ac propter da Anine praior vocitatum, liquet ex Arriani Epict. lib.1. cap.xx11. Hinc est, quod finxerunt fabulatores, raptum illum Proserpinæ ope & consilio Iouis effectum. A possodorus lib.1. Biblioth. Masson of Meposodorus i egastis, sis ozweposodoros, ipmaoeu aurlud xoload, Pluto amore Proserpinæ captus Iouis ope ipsam clàm rapuis. Hestodus in Theog. de Proserpina loquens.

---- Lou Aisavale Ηρπασεν hs Boi μη Ess "έδωχο Si μητίεπα Zale, 119

----- quam Pluto

Raphir sua à matre : dedit autem cossiarius Inppieer. At quum in marmore nostro Iouem inspiciamus in nubibus sedentem, cum scilicet, qui reognreo

Omnibus ille idem pater eft, vnde alma liquentes Humorum guttas mater quum terra recepit,

Fæta parit nitidas segetes, arbustáque læsa, &c. & elegantissime Maro 11. Georgic.

Tunc pater omnipotens facundis imbribus æther Coniugis in gremium lætæ defcendit, 🖽 omnes

Magnus alit magno permistus corpore fœtus.

nam quemadinodum fine aqua omnis aride ac mifera agricultura, inquit Vatro lib. 11. de Re ruft. ita víque adeo sunt pluuiæ satis, cæteriski plantis necessariæ, vt vel ipsæ arundines quamuis in palude prognatæ non tamen sine imbie adolescant, veste Plinio lib. 1x. cap. xvi. quod & alferit Aristoteles visi. de Hist. anim. cap. xiz. & Phitarchus quæst. natur. cap. 11. sure itaquie vocantur nubila ab Orpheo in hymnis vapno Equi, & apud Sophocleni legitur ounnis vapno Equi, & apud Sophocleni legitur ounnis vapno facile admittenda inter-

interpretatio illa Diogeniani paræmiographi: auge mard nut networ. Atque illudeft, quod fcribit -Arnobius: Jonem proplusia, Gererem pro terra vultis undire, op pro Libera acpatre Dite fubmerfionem feminis, atque factum. Scrusfus lib.v. Qui dicit, cum fua concubuit Juppiter matre, non incestas Jignificat, aut propudiosas Veneris somplexiones, fed Jouem pro plunia, pro tellure Cersrem nominat. Co qui rurfum perbibet, lascinias cum exercuisse cum filia, nibil de fædis voluptatibus loquitur fed pro imbris nomine ponis Iousm infilia fignificatione fementem. Tam enim Proferpinam filiam, quam Cererem fiue Rheam matrem à loue sub dracquis specie fuisse violatas, tradunt fabula, testions Clemente Alexandrino, Athenagora, Nonno, aliifq: Superest, yt de Her. cule loquamur, quem ante Plutonis currum stantem intuemur. Sed animaduertendum prius, videri quodammodo huiusce fasciæ opificem præ oculis habuisse verba illa Varropis ex lib. I. de Re Rust. quibus præcipuos agricolationis deos complectitur : primum qui omnes fructus agricultura calo of terra continent, Jouem, or Tellurem; itaque quod ij parentes magni dicuntur, Iuppiter pater appellatur , Tellus terra mater , secundo Solem , & Lunam, quorum tempora observantur, quum quædam seruntur, es conduntur, quippe inspiciuntur in fascia Iuppiter cœli, siue aëris, Ceres terræ fymbolum : Pluto Solem, Minerua & Diana Lunam referentes. Hercules verò tempus significar sine temporis observationem. At quoniam

122

addie Palladius Industriami, quilm ait liber. brie colendi ratio quattuor rebusconstat, aere, aqua, terra, industria, hanc etiam sub Hercuse intelligere polfumus, vepore qui totam in laboribus, or zramnisvitam transegeriti id quod ansam dedit. Artemidoro labores præsagieridi ins, qui cum Hercule conuerfari', aut ab ipfo arma accipere somniarent. Eum vide lib. 11. Onciroer cap. XELK Quapropter scite ab Hessodo præsixus est titulus libro suo de agricultura, Epas, & pulpa, nam per opera innuit, agriculturam esse artem, quæson otio, inertiave peragitur, sed industria, se labore. per dies significat, opera ipsa congruum requirere tempus. ac iure suum illum Persam idem poëta hoc paeto hortatur:

Εργαζου Πέρση δτον γένος, δφοα σε λιμός

Έχθαίρη, Φιλέη Ν έδτεφαιος Δημήτηρ

Aidoln. Biorov 3 relie nluminon nazinv. Ainds 320 til ndundo dep a odu obees doopl. Operare, o Perfa diuum genus; vt te fames Oderit, amet autem pulchre-coronata Ceres

Veneranda, victuque tuum impleat horreum. Fames enim omnino ignauo comes eft viro. & iterum ;

Eξέργων N δοβρες πολύμηλαι τ' άφνειοίτε, Ex laboribus turi enadune pecorofi; & opnienti. & libro fecundo.

Oo S etworepps amp niumanou nanthe Non tnim labores fugitans vir implet horream! Itaque huiushtodi operationis symbolu fuisse

TABNLE HELLACE.

inclusion cm Gallorum magnatimetris, ex Varton nielensétia refert D. Augustinuslib.vil. de Ciuir. Dei cap. xEIN. qu'od fe apud cam in chant ; pracipitur (inquit) qui steriam colunt, ne sedeant, semper emm effe, quol igant ; Atque hue refpexit Aburinutus; quum Proscrpinam aberendis faboribus dictam afferuit. du d'arody 3' (Biquit) apos porter the 2 Sn+ מול דובו לעוצו אישור היאשי של הרו דו לאו ביו האשור מובור לעו epperotate, hour on credition of starous in speped and Profent ferpinam nuncupanerunt filiam Gereris, ed quod arum, nofu fit, labor unque pasiens operatio, out quad toleranire dmain perferar. At voro tempus quoque per Herculem commostrarius fatis diquets ez Brobi testimonio, quod in Expositione Tabulæ Heliacæaddeximusi quambbrem fic alloquitur Herculem Orphens in bymmis : mepopaye, ne Sultrup, omnia confumens , omhia giguena: nec abo spectabat voracitas Herculis pafim decantara nam & Saturnum (qui ctiam tomponis fuit adumbratio) filios voraneraichant, ficque vocatum, quod fatureturannis, vrex Tullio colligere licet lib. de Nat. deor. lubet verò hic describere, quòd de Hercule templisrefercher déque cerisit iniciasex Orpheentradidits Anhenagolas n Apolog. pro Christian: נולי ואשיל לאשיל בראל איתר מטדטידיו לאפור, אחל ש של שלאנדוק אלט אעריבהי כאם אל כאערדים באעויאיז לעויאי לעויאי Joanan rof geon puriper by wrong a rai reornes. She was St abrall this wood face to brance It wanter 1 792 28000 fuit aqua z x ipfius fententia revam omnium principium; ex aqua word luium ortumests ex arroque progenitum 11

EXPLICATIO

124

animal draco, cui adnatum erat caput leonis ; mediami autem hac due continebant facient dei , chi nomen Hercules, or tempus. Quædam præterea subdit ad eam rem facientia. Sed minime silendum hoc loco, Herculem hunc, quem temporis præsidem Qrpheus facir, aut Græcum esse Alcmena genitum: hic enim Orphei cozuus, & in musicis fuit discipulus: sed fortasse Ægyptium, illum, qui plus mille annis hune præceffit, auctore Diodoro Siculo, quíque inter duodecim primores deos fuit conumeratus, vt scribit Herodotus lib.11.etenim Ægyptij, à quibus suam hausst Orpheus theologiam, quum rebus naturalibus deorum numen noménque tribuerent, easdem suorum appellatione Regum, qui jam pridem ex humanisexcefsissent, insignibant. Itaque terram dixetuntels. dem, Nilum Osirim, Herculem tempus Græci autem non tantúm labores Ægyptio adferiptos, fed & temporis fignificationem Thebang illifuo tribuerunt, quum fabulas ad physicam maduxerunt rationem, quod & ab alus observatum scio. Illud igitur fasciæ argumenta sibi volunt; ex semente hiberno tempore humi absqondita ferrihffimas parari messes, si à viuifica in primis vi Solis, qui res omnes (vt ait Macrobius primo Saturn.) infeminat, progenerat, nutrit, fouet, maturatq;, ràm ab idoneo foli viere, ab geris remperie, ac pluviarum tempestivo niadore, ab humistecicalore Lunz, ab agricolz industria Suo tempore præstira, fuerit adiura, neque enim omnino vez 1. 9

TABVLE HELIACE. 125: rum est vetus adagium, "της φέρξ έχι άρυρα, annus fructificat non humus, vt Theophrastus considerauit cap. v11. libri v11. hist plant. nam & cætera conferunt, quæ nominauimus, quæque huiusce zonis symbolis continentur.

Porrò videtur huiufmodi fymbolicus Proferpinę raptus in víu apud veteres fuiffe nam vt illos mittam, nobilium artificum opera, quorum meminit Plinius, alterum exære, alterú in tabula pictum, & quem incifum Tranquillus memorat in quadam Neroniani annuli gemma:post confectú commentatium duos Romæ in antiquis marmoribus sculptos videre mihi contigit, alterum apud Acorombonios, alterum in quibus dam Hispanorumædibus è regione templi D. Ludouici.posterioré hunc, quòd à nostro haud prorsus discre-



pat; rexprimendum hic curauimus. nam etfi aliqua in parte vetustatis vim passies est, adiuti tamen non parùm sumus Mariangeli Accursij Diatribis, qui liber Romæ cusus anno M. D.XXIIII. inter alias imagines deorum, aliarúmque rerum, quas otnatus gratia expressas in fronte gerit, marmor hoc graphice exhibet, quod integrum eo - tempore suffic existimari potelt. Ceres in eo vi-

Digitized by Google

126:

fitur iugatis draconibus vocha, ynicam tamon facem gestans. præcedunt tres puellæ, quarum vna alara. cæ forfitan aut Parcas adumbrant, aut Ho+ ras, quas cum Proserpina colludere aichat Orpheus. de quibus vide omnino Natalem in My+ thologia. quamuis Horas nudas, Parcas veste indutas effingi solitas, scribat Artemidoruslib. 11. præter has Minerua Aricto gladio Plutoni minitatur Proserpinam curru auchenti. ipse verò Pluto barbatus est. num quia hibernú Solem significat ? eft enim hiems quast anni senectus, vt diximus in Explicatione Tabulæ Heliacæ. At Plutonios equos non Hercules præit, vt in nostra zona, sed Mercurius quemadmodum & in marmore Accoromboniano, cósque ductare viderur; quòd nimirum tàm inferûm minister crederetur, quàm superûm. verius tamen puto, ideo effictum, quia lucri deus censebatur, quod & de Hercule creditum, vt testantur veteres glossographiad Horat. Sat. v. lib. 1I.& Perfij Sat. 1I prouenit verò lucrum ex frugum copia. Subter ipías quadrigas mulier iacet humi strata Amaltheæ cornu tenens, scilicet aut Copiam designans, aut Tellurem matré; vt & marmor Accorombonianum præseferr. defuper puellus cernitur non alatus, vt in noftra zona, sed elatis manibus fasciam tollens aut retortam vestem, quæ supra verticem curuatur in arcum. quo etiam schemate alata illa puella efficia eft, quæ Cereris currum proxima anteit. habent quid simile & Ceres & Pluto, cum in hoc marmo-

TABVLAD HELLACE.

127

re, cumin noltra zona. Ac vento quidem id tribui potest, capitis tegumenta, aliosuè amictus effundenti; fiquidem Philostratus lib. 1. Iconum Galaceafn describie vester supra caput ad zephyros expandencem, vrifibi vmbraculum facerer, currui velum : Achilles verò Tatius Europæ à tauro per mare vecta peplú veli víum prabuille in picte rabule enarratione commemorat. verum existimari facile potest, numina à veteribus hac ratione quandoque efficia. hinc Alfonsus Ciacconius in expositione Columne Traiane ad num. eccavul. simulacrum inuenis intrà circumambientem amictum expressi, Solem orientem interpretatur, aut alium quempiam ex diis gentium. Præcipue vero id marinis diis, ac fluuialibus tributum, vr iis compertum est, qui vetera monumenta præ manibus habent. videtúrque huc trahendum quod ait Virgil. lib. yiiI.

Contra autem magno mærentem corpore Nilum,

Pandentémque finus, or torta veste vocantem

Caruleum in gremium, latebrosaq; flumina victos. fi Oberti Gifanij castigationem probamus in indice Lucretiano reponentis torta pro tota nam & Áusonius de Sarauo fluuio in Mosella sic cecinit:

Nauiger undisona dudum me mole Sarauus Torta veste vocat. Vt în exaratis manu codicibus legitur. quamquă innuat Gifanius, tortam vestem, aut arcuatam tribui fluminibus ad indicandam fluxus obliquitatem 11 Non exervauerit, qui symbola hujusce 128

marmoris ad Eleufina mysteria referet, qua aut eadem cum Samothracijs, aut altera ex alteris traducta, quemadmodum ex Diodori lib. 11 I. & v. colligere est. proinde veraque minetim mo) minant Ouidius il. de Arte aman. Tertullianus Apologerico, & Athenagoras Orat. pro Chrift. qui obiectam ait impieratem Diagora nd co Exeoivi, C na row KaBelpor Superiorat purshera. quod cuulgaret Eleusinia, & Cabirorum mysteria. crant cnim Cabiri Samothracum sacrorum præsides, atque iidem, quos in marmore inspicimus, Geres, Proferpina, Pluto, Mercurius. Scholiastes Apollonij ad primum Argonaut. μυδιπα 3 cr τη Σαμι-Spann rois Kabelegis, Er Mrastas Quoi rei rei orojuala. rearapes of eior to Spilpion. A Elegos, A Eloxepter, A Elo-REPORS. A Eleges real and Giv Bir n Anutrop. A Elenspore j'n Περσεφόνη Αξιόχερσος δέ ο άδης. όδι σε στη βεμαρος τέπερ-Us Kaopuras, à Epuns Biv, às isops Duovordraegs. Initiantur in Samothracia Cabiris, quorum etiam nomina Mnaseas recenset. ij quattuor numero sunt, Axieros, Axiocerfa, Axiocerfus. Axieros Ceres eft, Axiocersa Proserpina, Axiocersus Pluto : quartus additur Camillus, siue administer, isq; Mercurius est, quemadmodum tradit Dionysodorus. Camilli dicebantur sacrorum ministri, cóque precipuè nomine appellabatur Mercurius, vt meminere Seruius & Macrobius. Itaque hæsitare non debuit ea in re Lud. Carrio in scholiis ad Valerium Flaccum. nam. quos antiqui Casmilos, aut Casmillos, lenito nomine recentiores dixerunt Camillos, veluti etiam CamœTABYLE: HELIACE. 129 Gamena's, que prius fuerant Calmene, auctore Varrone. Idque doctissimus poëta Maro indicare voluit dib, x1. An, quum maternum nomen filit tribuit exigua ex parte immutatum, sic inquiens;

-11 matrisq; maarit

- s: Nomine Gafmille mutate perte Camillam. Aperte Varro lib. vi. de ling. lat. Casmillus nominatur in Samothraces mysteriis diuns quidam administer diis magnis, Verbum græcum arbitror, quod apud Callimachum in Poimais eius inueni. at zundem Cabirorum ministrum Strabo lib. x. Kaus appellat, siquidem suo seculo extrita littera id nomen enuntiabatur : quanquam (vt inconstanter variant fabulæ) parentem potius, quam ministrum Cabirorum fuisse ex Acussiao Argiuo referat. Finitimis quoque insulis ea sacra communicauerat Samothrace, veluti Lemno, quod ex Strabone liquet, & Imbro, de quaita Eustathius in Dionyf. perieges. n Si InGeos Opanin who bit mores, ison Kabeipar is auto ovopa So Sappieras Kaldes. Ethiato Sautos 23 Epins, or InGegner Algerty of Kapes. eft Imbrus Thraciæ infula facra 😙 ipfa Cabiris. porrò dij quidam Cabiri dicebansur, fed er Mercurius ibidem colebatur, quem Cares Imbrium vocant. Cabiros Varno videtur interpretari Deos magnos, non tantúm iis verbis, quæ nuper adduximus, sed & libro 111. quum ait : Terra enim & calum, ve Samothracum Jnitia docent, sunt dei magni. & paulò post: hi, quos Augurum libri scriptos habent sic, Dinipotes, 🤂 sunt

Explication 4

RO

pro illis, qui in Samothrace Indotwald. vide etiam, quæ ex Cassio Hemina profert Macrobius 11 I. Saturn. cap. 1v. his consonat, quod monent Scaliger in coniectaneis ad Varronem, & Casaubonus in Comment. ad Strabonem, Cabir Hebraa, & Phænicia lingua potentem significare; quamuis & Apollonij interpres, & Geographus ex Cabiris Phrygiæ montibus deducant. Dicebantur quoque Curetes, & Corybantes. Orpheus in hymnis:

Κυρήτες, Κορίζαστες, aiak Cops & Stura Ci τε, Εν Σαμο Prann aian τες.-----

Curetes , Corybantes , rectoréfque potentes , In Samothrace Dij.

itaque Dionyfio cognominatur Samothracia Kopublitor aqu. quo loco Eustathius: Kopublitor aqu Neve, Stor na crif IN KopuBauren uushera, Corybanticam Urbem appellat, quòd illic effent Corybantum mysteria. Idem Eustathius : Salus Oeaxia, nots Kaßelpour elyeviered, of ray Kopulatures ereporto; Samothracia, vbi Cabirorum sacra, qui or Corybantes dicebantur. Idem constat ex Strabone lib. x. qui etiam docet, huiufmodi deorum appellationem ad facrorum famulos translatam, ac propè cosdem fuisse Cabiros, Curetes, Corybantas, Idzos Dactylos, Telchines. Quòd verò in marmore præter quattuor illos Cabiros Minerua quoque fit addita, miriim nemini videri deber, quum apud Rhodios cuulgatum fuille tradat Geographus, de elev Kope Bours Say works thes A Scores is HAIN TREIDES Effe

TABVLE HELIACE.

Corphantes deos quosdam Minerua & Solis filios. Erant igitur Cabiri Samothracij, fiue dij magni ex Varronis sentenția (qui ridicula illa cæremoniarum arcana prodere non est veritus) Cœlum, & Terra, Pluto & Mercurius cœlestem vim indicabant, Ceres & Proferpina terrestrem. Pluto nimirum hiberni Solis calor est, Mercurius aer, qui eundem calorem terræ videtur comunicare, ideo effictum co schemate inspicimus, quasi quadrigas ducat. Per Cererem significari terram sationibus aptam suprà docuimus ; per Proserpinam vim fubrerraneam, Varrolib.iv. deling. lat. Hinc Epicharmus Enni Proferpinam quoque appellat, quod folet effe sub terris; Proferping dicta, quod hec ot serpens modo in dextram, modo in finistram partem late mouetur. Huc enim spectabant Samothracia sacra, & Eleusinia mysteria, quæ latificas messium caremonias nominat Apuleius. quod & Diodorus Siculus lib. 14. innuit ijs verbis : Kayorov 20 - 200 - 11 20zalow Toing is murozed por the Dunneas the purtice me ore poply to Jay. ou power of (surous &) ma TE Surgue fue באבל אלי סף קות אני דוותודי , שבי ביא אנוג ליב באונוידונה וקסר por the zo where compertum est, ab antiquis poetis ac fabularum scriptoribus Cereris nomine terram matrem appellari, confona quoque his sunt, que Orphicis carminibus manifestantur, queque in mysterijs exhibentur, qua nefas est singillatim profanis enarrare. quocirca aieba Varro, mysticam in Eleusiniis ritibus significationem nihil aliud fuisse, quam frumenti inuentionem, & seminum fœcunditatem, vt ex

Rij

131

132

D. Augustino supra indicauimus. ac propterea Samothracij Curetes, seu Cabiri dicuntur Orpheo and Solow, & oppenson. Igitur referuntur omnia ad agriculturam, & fructus inde enascentes. qui sane scopus est, ad quem nostram hanc zonæ expositionem diximus.

ONFECTA hæc erant, atque adeo typis mandata, quum in alia duo marmora Romæ incidi raptum Proserpinæ præseferentia. al-terum in fronte positum pulcherrimæ porticus hortorum Quirinalium Ducis ab Altaems, alterum nuper affixum parieti ad impluuium vergé-ti ædium Hafdrubalis Matthæi Marchionis Iouij. primum nihil distat ab eo, quod delineatum proxime exhibuimus; nisi quod puer currum Plutonis fuperuolitans alatus est. Sed & tres puetlæ inter Cererem Palladémque fitæ alatæ omnes videntur. Alterum verò marmor longè diuerfum est. Siquidem Mercurius non præcedit Plutonis quadrigas, sed vnà ad latus currens fingitur. ponè currum stat Iuppiter eo gestu effictus, vt adiuuasse raptu videatur. Duo itidem calathi euersi visuntur effusis floribus, quorum alterum puella quædam genu nixa tollere è terra nititur. alia puella propè Cererem alata fasciam manibus erigit caput ambientem, at ipsa Ceres cum lampade non draconú curru vehitur, sed biga equorum. quod fingulare esse existimo; neque (si hæc 1

TABVILLE HELKACE. 133 monumenta excipias) id vípiam cernere mihi licuit. At quoniam datam mihi ansam video, nolim diffimulare, quadrigas Plutonis in fafciâ nostra quorundam oculis diligentius intuentium non videri equorum, sed leonum. etenim supra monui, signa fascia adeo verustare esse ambesa, vt nonnullis in partibus ægre dignoscantur. Id verò non minus fingulare putandum eft. quis enim poetarum ; quis artificum Plutonem vnquàm finxit leonibus vectum? At quoniam Solare animal leo est ob caliditatem, non minus quàm equus ob celefitarem, fulcitur hoc figmento nostra expositio, dum diximus Plutonis typo Solem intelligi fuo calore femina fouentem his bernis menfibus humi larentia. Illud etiam monendum putaui, marmora fingula,quorum fupra meminimus, sepulchra fuisse. eorum scilicer (vt reor) qui mysteriis Eleusiniis initiati essent. co enim symbolo indicare forsitan volebant, æternam sese quietem nactos esse. Isocrates in Panegyr. de iis initiationibus loquens : & the matthe, איז הו עבדיב אידב דבו דב דאיז דע איצ איצ דוא לעדאיג, ל דע הטעודלט-TOS ajavos, notions as extridas Exprose. Or occultum illud facrum, in quod recepti qui funt, ij & de vitæ exitu, or de vniuerso auo spes incundiores concipiunt. Aristides in Panathenaica: Gu, d' > phones TE AE Gus, wir Gis pe-Cagolon & My The To Bis TEND The BENTHE The The acazyra-Ta rigre Day Sone, &c. Arcana illa mysteria, quorum qui fiunt participes, meliori quoque in loco res corum post vitæ exitum collocari exiftimantur, &c. Idem in Eleu-R iij

18:**4**

finia lizarad queled more sell dok mis infungelasia, iz igen n היש אוסב לישעות , ous ai off cre The caronipy 2500 Suns -אומה איומלה זמ מחתאא ב של אאמ ל 3 שבו חור דואטיווא notous indu Cas intrestopo de a menor Die Styles : an Ciat organi tre zi Bopboper verepestuers ti Shi ars a mun toes due pordy verum id lucrierat buinformodi connentui, vi pon tantim fibi adeffet prafens animi tranquillitas, non cantim exprati liberique forent ab exacti remporis molestije, sed en fueniori spe afficerentur, melius etiam post obitum fectum actum iri, nec fore ve in tenebris fordibusq, una cam profisois degarcas Sperabant nimitum in piorum coetumiri le receptum Stidas teobre of nuswhomen bes diois mile on quod & alistestantur. arque sa perfualio immane quantum addideriz dignationis illis mysteriis. quolfu, vi nullo paçto addubitem memorata monumenta iis adscribere. د به د به اف ای ک^{رد} د به راس فار داری هر د

springfeerits Eleufinits initiale close es un ende un mElloNadoS. et el

> 1. ประวัตรามปฏิการการสาวนั้งแต่งประกูกกระบบได

- Charles To มี เลี้ยงมีเหมาะ ส่ใช้ มีราวที่ยางไประ

r. d. fis iniciationibus loqueus : È géochanist

o na bada binawa si bo shakarato 🗄 wa وي وأرائدو المنابع المراجع

- NATURAL STATE READ PLAN ST

৯৯৯ *আ*য়া শ্বিক প্রায় প্

TYPOGRAPHVS LECTOR I, Qua sequuntur, serius ad nos perlata sunt, quam ve

excudi suis locis possent. Quare quod reliquum erat, ne illerum fructus careres, buccomnia conjecimus, adnotatis paginis, ad quas referri singula debeam.

ADDENDA SVIS LOCIS PAg. 8. verl. 20. post illaverba, & ita significatur nomine Ægyptio. addatur Atminianus Marcellinus lib. xvit. est autemobelifens asperimus lapis in figuram metæ cuiusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam, svá; radium initerur gravilescens pauliser specie quadrata in verticem productus angustum. Dag. 16. verl.6. spostvilla verba; presens, preseritum, of suturum. adde, Brunt fortasse, preseritionem ad Solem referante ea quoque de causa; quam instruit Atminianus Marcelline lite xxr. his verbis: Solenim totaiant. Physici) mens mundi nos stras mentes ex sefe velue scintillas diffunditans, quum eas incenderit vehementins, suturi conscias reddit.

Pag. 31: verf. 23. post illa verba, contractus peragantur. adde, qu's & iunit find metre, ait Euripides in Cyclope.

Pag.47. vers.2. post illa verba, in corporis planicie epigrammata. adde, Hinc etiam qui pali dicebantur, ad quos tyrones se exercebant, ligneiq; dubio procul erant, in Hermularum formam effin184

gebantur, vicernere licet ex pauimento tessellato veteri, quod Augusta Vindelicorum extar, cuius acouratan Idelangarionem addidit CLV. Marçus Velserus politissimis suis Commentariis.

Pag. 54. verf: 13. poft illa verba, tripodi superpasitum? adde, Ac profecto facrum fuisse Apollini apercis verbis tradit Sertifus ad ml. Æficid.

Pag. 52. verl. w. post illa verba, Epulue tov deeuor. adde, Quanquam ad historiam quod attinet, falsum eft quod scribit Dio, & rangit Claudianus Panegýrico in yl Confulatum Honorij. Ea enim pluuia Christianorum precibus fuit impetrata, nempa legionis que pastea dicta fuit fulminafor an per colo dam feafin ad round stranged

Pag.71' vers.4. post illa verba, tradit Gesnerus. adde: & alia quædam extare audio penes alios.

- Pag. 89. yerl sspoltillä verba, darnsequo. adde, Martianus Capolla, lib. H. sn Solu remigia vigilarent, sonipesque Phosphori comerctur.

Pag. 96. verf. 21. post illa verba; boram fuisse mundi nascentio (13dde , Eumenius, Panegyrico Constantio dicto, O tempus quo merito quondam omnia nata effectedantur. De vere enim loquitur.

and a second of the second second second

and the state of the ្នែកដារជាអារាធន៍អាវាធម៌ដែលស្នាំតារបារស្នា ស្នាក់

and a grant Hindeding and and

and the supervision of the super	
X (0) 1 (0) 1 (0) 1 (0) 1 (0) X	(CED) ((2)) - ((2)) ((2))
SANANKE SANESAND	
COD . COD . COD . COD	6 6 6 6 6 6 6 6 6 6 6 6 6 6 6 6 6 6 6
P	the state of the s
Bacchus vates Bacchus vates	Artinis fabula quid fienificet
and missing more and with	KEKVM
BOW VUSERING CONSTR	Friedli geminne
and the second s	es semanticity in the
mulo E T	R B O R V M
18	Flash beississigling findle &
22 una virde diere 22	
$\Omega = 10^{-1}$	
A	Apollo adolescens
The real Prove of Prove of	Apollo aftas Le a cunonant
Caduct to ferentij, spele	
EGYPTIK QUOD-	Apollo Deus terminalis 49.50
nam anni ini-	Apollo ignis
tium, pag.70	Apollo intoníus
Aër per Mercu-	Apollo medicus 16
rium fignifica-	Apollo muficus ibid. Apollo pattor
tus 61	Apollo paftor
Æstas frons anni 71	Apollo sagittator + 14.58
	Anollo Sol
Æstas per Apollinem signisti-	
to cata	Apollo Solis filius 13
Æthon nomen equi Solis, Au-	Apollo Solis pater 13
roræ, Luciferi, Plutonis, He-	A A A A A A A A A A A A A A A A A A A
Ctoris, Pallantis	Aprilis Veneri dicatus 88
Æton nominatus vnus ex amo-	Aqua per Bacchum significa-
ric ribus accuration anul 2010 89	ta 62
Agrens	A A A A A A A A A A A A A A A A A A A
Agyçus Anto 20103	
Albæ puellæ	Arcuata falcia; leu vestis numi-
Alexandri Piccolominei, de	nibus tributa 127
phiala sententia comproba-	Argi fabula à Mercurio, inter-
	fan:
Alexicacus Apollo, Se Hercu-	Aries color Galla (
Miexicaeus Aboilo de Heren-	Aries cælette fignum 94
les 28.59.82	Aries in Mercurij rutela 93
Amalthez cornu quid 55-56	Arundines pluuiam requirunt
Amor Fauonij filius	120
Amulato	Arundo in merationibus adhi-
Amuleta () x3 2000 10 H nr 53	
Anni mitium quibuldam æltas	bita 37
70.7I 02 3 1	Arundo quid fignificet 34.93
Anni triplex olim diuifio . 73	Arundo vitis sustentaculum 93
Apollinis quattuor artes 57	Afterites lapis 67
	S

s.

Atheneus illustratus 98	Bacchus, plantarum przies 7
Atheniensibus quodnam anni	79.119
initium 7º	Bacchus totum orbem pera-
Arlas cur Mercurij auus ··· 84	grauit 23
Attinis fabula quid significet	Bacchus vates 21.59
108	Baiuli puerorum nutritij 93
Augusti genitura 99	Bon. Vulcanij 'emédacio Glof-
Aurez Helperidum malz 29	farij reiecta 92
Aurei velleris fabula 116.117	Boues fertilitatis symbolum 39
Ausonij vulgata lectio defensa	81
-	Bruma vnde dicta SI
10 Aufonius illustratus 90.127	
	С
Autumni varietas 79	Abiri 128.129.131
Autumnus morbolus \$2	Caduceus Mercurij 33.34
Autumnus per Bacchum fi-	56.96
gnificatus 78	Camillus 128
Axierus, Axiocerla, Axiocerlus	Canephoræ in facris Eleufiniis
128	
B	98
D Acchi ad inferos descensus	Cantharus Bacchi poculum 17
$\mathbf{D}_{\mathbf{D}}}}}}}}}}$	Calimanus
Bacchi comites Mulz 21.40	
Bacchi iusiurandum sub teao	Caturities interesting
non fiebat	Celaumum mper
Bacchi nebris quid demonstret	Cerberus quie 106.107
23	Cereo
Bacchi ortus, quid 81	
Baccho cur cornua data 23	
Baccho cur dantur lynces,	Ceres lunz adscripta
Pantherz, tigres 23	Ceres terra
Bacchus à Mercurio nutritus	Ceres totum orbem peragrauit
.92	116
Bacchus autumnus 78	Ceres-vnde dicta 112.113
Bacchus Deus vialis 51	Chloris eadem quæ Venus 88
Bacchus hædus 98	Circenses colores 61 66
Bacchus humidæ naturæ do-	
Bacchus idem qui Apollo, &	
	and the second
Bacchus intonsus 21.22	
Bacchus medicus 2	
Bacchus muliebriformis 87	
Bacchus multiplici forma 80	Ulauulanus municacus ogrady,

'

1

Colores factiona Circélia 61.66 Coma Apollinis quid 14 66 Corippus emendatus Cornua cur Baccho data 23 55.56.81 Cornu copiæ 8.7 Corona Iouis Corona Mineruz IŞ, Corona leptem radiorum 13 Coruus Apollinis quid notet 17.77 Corybantes 110 Cotylus, & Cotylifcus Bacchi poculum 18 Cupido Dianz filius III Cupido Veneris, & Mercurij filius 📑 86 Curetes 130 Currus Cereris 116 Cyclopes interfecti quid 77.78 Cygnus Apollinis quid lignificet 17

Eglabrare Dei vox absolute pro Sole Delphines Apollini facri Delphinum velocitas 34.35 Delphin pilcium princeps 16 Demetra vnde dicta 112.113 Dendrites lapis 69 Deorum multitudo apud Homerum 1.2 Des. Heraldi Emendatio Minutiana reiecta TIS Diana vis lunz humifica III Diodori interpres notatus 73 Diodorus illustratus 72.73 Diogenianus notatus 👘 120.121 Dionylij nomen vnde 79 Dionylius illustratus 79 Dilci forma Soli dara 77 Divinatio per Bacchum fignificata

59 Diui potes 129.130 Dorica Harmonia 72 Duodecim Herculis labores quid fignificent 25:26 Duodecim radij solares quid notent 12

Leufinia mysteria è Samothraciis 118 Eleusinia sacra messium ceremoniæ Elculiniis initiatorum fpcs 133. 134 Encarpus ²² ·37·74 Endymionis fabula quid fignificet 109 🛡 Enodius 43 Ephialtes ab Apolline, & Hercule excaçatus 27 Ephialtes morbi genus 27 Equi albi in Eleufiniis facris 38

Aces Cereris 117 上 Fauonius, vide Zephyrus. Ferz morborum fymbola 60 Fistula Mercurij inventum 54 Fistula quid fignificet 34 Flora eadem cum Venere 88

Alerus Mercurij 32 JGallorum Magnz matris iactatio quid notet - 123 Gallus gallinaceus in tutela Mercurij Gallus gallinaceus folare animal 32 Gallus gallinaceus Soli sacer 32 inc in Shij

and the second sec	Helychius emendatus 43
Gemmæ veteres explicatæ 54~	Helychius emendatus 43
62.93	niacynthi interfecti fabula 77
Geometria à Mercurio tradita	Hiacynthus lapis 69
	Hiacynthus lapis 69 Hiems anni fenium 80.126
quanguineau 280	niems per nerculem fignifica-
Gervon ab Hercule domitus	ta 80
Geryon ab Hercule domitus quid lignificet 29	ta 80 hircus fœcunditatis fymbolum
Germanici Cæl. Commentator	eorona lepteni intoiorain
	Homericæ allegoriæ 1.2.39.106
emendatusiym Lighting	Hometrea anegota tug
Glossarium vetus emendatu, 92	Hora India Ingebanca Ovice
e e avena data gende datas He	Horæ nudæ fingebantur 126 Hydatis lapis 2017-68
H grandat	nuturny-
and strangestering during	naturog-
Hedera alba, & nigra	
Hedera alba, & nigra 21	Aculandi ars per Apollinem
Hedera Baccho, facra .20	fignificata 58
Hedera cur poëtæ coronantur	Japyx ventus 92
21	Jalpis lapis
Hedera remedium ebrieraris	Jalpis lanis en mitteolar (8 Idzi pacoli mitter (1978)
20.21 contenta sino	Ignis per Apollinem significa-
Hedera vasa ornabantur 19	tus 61
Helios vnde dictus,	India à Baccho fubacta 24
Heliotropius lapis 69	Io. Meursij correctio Glossarij
Heliotropius lapis 69 Heraclis etympn 25	reieftz. 92. Emendatio Mi-
Hercules Ægyptius 124	nutiana improbata
Hercules higher hand	Iouis Anxuri effigies 6-7
Hercules hiens	Iouis corona 7
Hercules industria	
Hercules lucrius dens : 57126	
Heraules madisus 11, 11:27:39	Demetra vente di la contra contra
Hercules malicus 111 27.39.40	Indori locus mendolus Indorus explicatus Indorus explicatus Indorus explicatus Indorus explicatus Indorus explicatus Indorus explicatus
Hercules Soluro mobile 1.121-29	Juno aer control article a
Hercules tempus 124	Juno arr Juppiter aer munister 85-118
Hercules terram denotat 62.63	Juppiter cælum 1/1/11 18 Juppiter focunditatis, auctor
Hercules vates 28	Luppiter focunditatis auctor
Hercules vorax	118.119
Herculis arma quid fignificent	Juppiner mundus 10.9-49
11 26.27 JUR & UD COLLEG	Juppiter pluuia 11 20 110 Juppiter viuifica reru vittus 18
Hereulis praceptotes 39-40	Iuppiter viuifica reru vittus 118
Hermæ 117102 : 46.47	Diam's name. vnde 79
Hermaphrodisi fabula	Les Logi Lander
Hermulæ cur cum arrechis, viri-	
libus i supresiller arile 20	T-Abores agricultura necel-
Hefperidum horni 29	- L'Abores agriculture necel- farij 122
Louisener	

•

. S

Læuini Torentij hallucinatio	ficata 59
6.7	Menander illustratus 103
Lapidum cumuli Mercuriales	
43. 45. 48. 49	Mercurij, & Veneris fabula 86
	Mercurius aër 61.62
Laurus Apollinis 77	Mercurius Bacchi nutritius 92
Leo animal Solare 26.133	Mercurius bonorum dator 99
Leonina pellis uerculis quid	Mercurius citharæ, & fiftulæ
notet 26.66.62.82	inuentor 39.60.72.73
	Mercurius cur alatus 7 7 31
tur 27	Mercurius cur deus lucrius 31
Leonis cum Sole fimilitudo 9	Mercurius cur fur 31
Leonis signum Solis domici-	Mercurius cur numius 20031
dillim of status 1 ratego 26	Mercurius Lanificij auctor 94
"Litteras Mercurius inuenit 35	Mercurius litterarum repertor
Luciferi equus 88.89	35
Lucifer stella Veneris 88	Mercurius lucri deus 126
Lunagerminibus conducit 110.	Mercurius menfurarum, &
Preference Ischer 11	11 ponderum inVientor () 36
Lupus Apollini facer 1200 31	Mercurius muficus 31.39
Lychnis lapis 67	Mercurius muficus 20131.39 Mercurius Sol 2010 and 31
Lynces Bacchi 23	• Mercurius version of the S3
⁵⁷ Lyra Apollinis 16.40.71.72	- Mercurius Zephyrus: 84
Lyra cnr quadrichordis 73	Minerua Corybantum mater
Lyra cur septichordis 42	131 In the line of
Lyra decem chordarum 42	Minerua Luma adscripta - 110
	Minutij Felicis vulgata lectio
	Cafferia hillog A to be neft4
<u> </u>	Mundi initium verno tempore.
NA Aiæ Idus natalis Mercu-	
IVI rij 86	
Maia Picias Mercurii mater 86	Mulica mundi
Maiantentio in marino - 192	Mufica organa diis data 139-40
Maius mensis vnde dictus 86	Mulica per Mércurium fignifi-
Maius Mercurio dicatus 88	cara 60
Mamiliorum origo 35	
Marmora verera explicata 87	Sector and N A sector dy
97.125.132 Filet as it	idore zonog manlest?
Martianus Capella explicatus	TEbris Bacchi quid figni-
67	ficet 23
Martianus tentatus 19.16	Nünbus quid 6.10.11

•

.



Nummus Augusti	49
Nummus C. Vibij illustra	tus 7
Nummus Commodi	56
Nummus Græcus	83
Nummus Mamilij	55
Nummus M. Vulteij	114

0.

Oleaftrum exiccatu difficile 63 Orci galea 106 Orpheus explicatus 64.72.104 105.109.132

P

Anztia Venus 102 Panos ortus quid Indicet 99 Pan rerum vniuerlitas 99 Pantheræ Bacchi 23 Papauera fertilitatis fymbolum 56 Paramefe cur lyræ addita 73 Parce vestibus indute 116 Parcz vnde dictz 104 Parnassus Apollini, & Baccho facer :22 63 Paufanias reprehenfus Pelles eur Herculi tributæ 80 Penis generationi, & sationi tributus 30 Peruigilium Veneris illustra-90.91.96 tum Petronius emendatus 83 Phaëtontis fabula 75.83. Phallus in pompa Bacchi 24 18 Phiala **Bacchi** poculum Phialæ forma 18 Philostratus illustratus 72.84 Phœnix radiatus 10 Phurnutus illustratus 95.98.102

Phyficæ fabularum interpret	2-
tiones	53
Pierij error	35
Pilcum Vlyfis 35.	36
	87
Pleiades vnde dictæ	85
Pluto Iouis ope Proferpina	
	119
	06
	os
Pluto vnde dictus 1	os
Pluuiz fatis necessariz 1	20
Poëtz vinofi	21
Populea Herculis corona qu	id
	28
Porphyrius apud Eufeb, eme	n-
datus 61.1	-
Priapus cur sacchi filius	78
Prolerpina Lunz adscripta 1	
Proferpina quid 79.	
Proferpina vnde dicta 104.1	
Prouerbiorum locus explic	
tus	52
Pfalmorum locus	91
	69
Pyanepfiorum festum	39
Pythonis interfecti fabula	73
· / · · · · · · · · · · · · · · · · · ·	,,,

2

Quatuor anni tépora 64 Quatuor Apollinis artes 57 Quatuor mundi elementa 60

R

Radij diuinitatis fymbolum 5.6 Radij Solis duodecim 12 Radij Solis proprij 7 Radiorum feptem corona 13 Radius quid 8.9.10 Radius vndedictus 34

• S • • • •
S Agittz Apollinis, & Dianz
Sagittæ capiti circumpofitæ 9 Sagittæ Herculis 26
Sagittz Herculis 26
Samothracum dij 129.130
Sanitas Mercurio copulata 95
Saxanus Hercules 48
Scaligeri emendatio Aufonia-
na reiecta 10
Scorpiones termini 44
Scutella à scuto 19
Scythis lapis 68
Serenus 76
Serpentes Cereris quid 114
Scrpentes sanitati adscripti 95
Serpentum renouatio 95.96
Seruius emendatus 47
Siciliz fertilitas 108
Sol antiquis Deus habitus 3
Sol citharedus 71
Sol fœcunditatis auctor 24.29.
33-37-39-105-124 Sol fons lucis
Solis boues 39
Solis calor salutaris 16
Solis effigies sub tecto non
collocabatur 24
Solis radij duodecim 12
Sol moderator fiderum 23.42
Sol quadrupes 64
Sol quibusdam ereditus ignis
malia - 22.30
Spicæ fertilitatis fymbolum je
Statius notatue 85
Superstitiones antiquosum 57

T

TErminales dij 37 Termini tàm lignei, quàm lapidei 46 Terra per Herculem fignifica-62 ta Tertullianus emendatus 94 Themistius illustratus 47 Tigres cur Baccho affignatur 23 Torta vestis quid 127 -Tripodem Hercules Apollini rapuit 29 Tripus Apollinis quid fignifi-Cet 15

• •

X ZEneris cum Mercurio
congressus 86
Venti deorum nuntij 91.92
Venus Chloris 88
Venus horrorum præfes 88
Venus nature parens 90.102
Vere omnia ad Venerem exci-
tantur 86
Was Course lines
Veris deus Mercurius 83
Veris falubritas 95
Verno tempore mundus crea-
tus96
Verusus Mercurij filius 100
Vestis Bacchi 80
Vinum ingenij incitabulum 21
V Hallin ingenig inchaountin 21
Virgilius illustratus 46.84.91.
96.98.127.129
Vlysfes cum pileo 35.36
Vulsura ouium antetonfuram
94
<i>ブ</i> マ マ

Z

Zephyrivis in plantas 93 Zephyrus idem cum Mercurio 84 Zephyrus plantarū mutritius 93 Zonæveteris explicatio 125 Zona veteris ftatuæ 101


FINIS.

States and States and Table 1998 and States and Table 1998 and

station

Martin Color (1997)
 Martin Color (1997)
 Martin Color (1997)
 Martin Color (1997)
 Martin Color (1997)
 Martin Color (1997)
 Martin Color (1997)

navelit sin a. 22 21121 14 13 E anno 1 zto ie 1182 aliopa**sMarsia** ÷, 5 2 5 3 1.1 L 11.1 10012 • • • . 6. 1 . .



Inchaeffin Lafine longs printes F. (* 120 feb. 2010) and an Elevent Eleventic for generation for the second of th

PARISIIS,

M. DCXVII.

PARADIGMA INSCRIPTIONIS.

HONCOINO PLOIRVME COSENTIONT R DVONORO OPTVMO FVISE VIRO LVCIOM SCIPIONE FILIOS BARBATT CONSOL CENSOR AIDIUS HIO FVET A HEC CEPIT CORSICA ALERIAQUE VRBE DEDET TEMPESTATE BVS AIDE MERETO

Incifa eft in Lapide longo palmos V. vncias IV. lato palm. II. vnc. X. hac fere forma & inæqualitate characterum: nifi quod eos [culptor, ob tabellæ angustias, pene fibi cohærentes pressius finxit, cum in Lapide contra laxioribus spatiis distinguantur.

TARISILS

ALIXOC .M



ANTIQVÆ INSCRIPTIONIS, QVAL SCIPIONIS

BARBATIF. EXPRESSVM cft clogium, Explanatio.



FFOSSA estaltero abhinc anno: Romæ ad portam Capenamhæc Infcriptio. quæ quod interprerem fortalle nacta nonfit, hactenus neglecta & fine honore jacuit : à nonnullis

a ij

etiam, quos merito rideas, barbari sequiorisque sæculi suspicione damnata est. Mihi vero, nisi mea me fallit coniectura, egregium hoc monumentum, nulli omnium quæ Romæsunt vetustate concedere, at que interpræcipua memorabile viderur. Quod vt tute, Lector, mecum sentias, vbi sinceram eius sententiam expressero, resipsa, vt spero, persuadebit. Sic enim legendam censeo.

Hunc vnum plurimi confentiunt Roma

7

ANTIQ. INSCRIFTIONIS Bonorum optimum fuisse virum Lucium Scipionem. Filius Barbatis Consul, Censor, Aedilis hic fuir. Hic ceput Corsicam, Aleriamque vrbem, Dedit Tempestatibus ædem merito.

Nunc ergo suamipsa, vt vides, proditætatem. Nam. cum L. Sipionem , cuius elogium. continet, Barbati filium vocet; Barbatum autem in Scipionum familia vnicum sciamus fuisse Cornelium Scipionem Barbatum, quianno v. c. C D L V I I. comitia Confulum creandorum causa Dictator habuit, & anno insequente Pontifex Max. zdem Concordiz, Liuio teste, lib.9. dedicauit : reliquum est, vt ad proxima omnino tempora Inferiptionem hanc referamus; atque adeo Duiliana ipfa, quæ vetultatis nomine præ omnibus hodie celebrarun (fi camen hæc vere illa oft antiquai, & non alia potitis interpolara, priorisque loco, ve fama est, à posteris restituta) nihilo recentiorem esse fateamur. cum Duilij victoria natalis, cuius honori columna illa costrata posita est, in annum inciderit ab v. c. CDXCIII. quem annum qui excepit, is L. Scipionem Confulem vidit, & res ab eo in Corfica gestas, quæ hoc elogio comme morantur.

Iam æuo illi, hoc est priseo & antiquo sæculo, congruere obsoletam vocum literarúm que formam, quæ tota cernitur Inseriptione, quisneget? Quanquam vox quidem in ea nullaest, si Duonum excipias, quæ Latina prorsus & vsitata EXPLANATIO

non fit'. Duonum autem pro Bono ab antiquis dici foli tum auctor est Festus, apud quem etiam in Topper, Duona ad naues portare vetus scriptor air, pro co quod est Bona portare; & in Carmine Saliari Duonus ceruses, vt Grammatici exponunt, Bonus est creator. Hac igitur voce dempta, reliquæ omnes vulgo notæ funt, sed à communi ramenvsu remotæ, vel orthographie dissimilitudine, vel inepto, vt videtur, discrepantium casum nexu & consunctione, vel denique inussitata duarum maxime literarum forma & charactere. Ceterum hæc omnia, vt ostendam, non exoticam barbariem; sed Romanam 'vetustatem illam redolent, quam dixi.

Atque vt hinc potifimum exordiar, Listud vncinarum, & Pad FI Græcorum instar semiclausum, in alijs ctiam ciusdem æui monimen-. tis, nummis scilicet, tabulisque æreis videre est; & à nobis ipfis vrriufque olim exemplum in Priuernatis lapidis fragmento, in quo ArPIOS CONSOL inscriptus legebatur, animaduersum meminimus. Rurfu quod O pro V paffim exhi-Berin HONE, COSENTIONT, LVCIOM, & alijs, non opificis errore vel inscitia, sed ex co prorsus veterum more factum est, quo hæc inuicem, Fabioteste, permutabant, vr Hecoba, Notrix, 166.7. & Dederont, Probaueront, Eodémque. modo quia pro V longa nunco1 nunc OE viurpabant 🦻 hinc eft quod oi NO pro vNO scriptum eft, & 2 11

ANTIQ INSCRIPTIONIS 6 PLOIRVME proplurume; ficut in alia Inferi-. ptione Alatrina coirauit pro curauit, & in Siliorum plebiscito apud Festum oetier pro veier. At vero V contra I loco scribere, vt PLOIRVME, OPтимо, víque adeo Romæ ab antiqua consuetudine inoleuerat, vt quod Optimus, Maximus, mediam I litera, quæ veteribus V fuerat, acceperint, C. primum Cælaris infcriptione factum ferant. Ita quod E similiter I quoque locú occupat in Ploirvme, Fvet, dedet, tempestate bvs, & MERETO, priscæ itidem verustatis est indicium, vel Duilianz columnz argumento, in quaExemet proExemit & Cepet proCepit, aliaq. id genus viluntur: & Inscriptionis eiusdem Alatrinæ, in qua hæc inter alia ita scripta sunt, OBHAS RES SENATVS FILIO STIPENDIA MERETA ESE IOVSIT. Quibus in verbis aliud præterea extat in ESE & 10 vs 1 Tantiquæ scripturæ vestigium, quod & in hac quoque nostra in Fvise, & in Duiliana inscriptione in CLASES impressum est; cum fimplici Shæc omnia scribantut, quæ gemina solemus.quia semiuocales, vt idem Fabius observat, non gemi-166. 1. nare diu fuit vetustissimi moris. Denique eius-14.7 dem omnia notæ compories, si cetera perse-. quare. Nam nihil est omnino, seu literarum formam spectes, seu variam illarum inter se permutationem, quod temere aut casu positum, & ab illo quem dixi priscæ antiquitatis fonte ductum non sit. Restat vt de verborum nexu &

EXPLANATIO.

iunctura dicamus: in quo vereor ne difficilius fit persuadere.

Quis'enim Romæ vnquam ita locutos puter, Lucium Scipione, cepit Corlica, dedit æde? aut quis cetera fere omnia, quæ ad eum modum vix collærent, Latinælinguæ legibus aduerfari & solocismis scatere non censeat? Verum hic tumihi, rector, paulisper, vraitille, sustine patientiam, & vide, num quod vitio errorique imputas, tribuendum sit potius verustati. Quid emim? an contraGrammaticæ leges scriptu dici lib.de potest, quod eius artis vsum & leges omnes an- illust. Grztecessit? Grammatica olim Romæ, vt Sueto- mat. nius Franquillus testatur, ne in vsu quidem erat; rudi scilicet ac bellicofa gente armis potius quam liberalibus disciplinis vacante : primus-que vt idem opinatur; eius artis studiumin vr-Bem intulit Chates Mallotes, Attali regis legatus, inter secundum & tertium bellum Punicum, hoc est annis post Scipionem Barbatum supra centum &viginti. Ante id tempus, Grammaticæ regulis nondum constitutis, vna Romę loquendi fcribendiquelex erat populi consuerudo. Quæ quoniam continuo in motu varia erat, & subinde mutabatursitaRomaniz tum linguz magnas fieri necesse fuit mutationes : mirum vt proinde non fit, vel Saliorum carmina vix tandem Sacerdotibus suis faits intellecta fuisse, quod Fabius 'affitmat; vel Polyblj ztate; vt iplemet narrat llbrotertio, ægre eriam ab antiquitatis peritissi-1.10 p. 1.116

ANTIQ INSCRIPTIONIS mis potuisse explicari verba fœderis, quod-Romani primum cum Carthaginiensibus post exatos reges pepigerant. Non ergo, si quid chin ita Inscriptione, quod aures nostras accuratis Grammaticoru præceptionibus afluetas offendat, id tanquam à recte loquendi scribendique legibus abhorrens illico damnandum eft, sed illius potius ztatis agnoscenda conditio, quz nullis adhuc erudita magistris, cum scriptores nondum vlloshaberer, quorum exempla sectaretur, in primis quodammodo linguz suz cunabulis halbutiebat. Posthæc enim secura est artis disciplina, clegantissimorumque auctorum imitatio, quæ rudem linguam perpoliuit, breuique ad eam perfectionis dignitatem perduxit, quæ florente republica viguit, steritque quandiu Romana res stetit. 'tum exinde cum imperio iplo sensim deflexit : & quod in ædificijs, ceterisque rebus accidere, solet, per cosdem gradus & incrementa, quibus adoleuerat, reuocata, pristinam rursus ad infantiam, balbutiémque redacta est.

Atque hæc quidem ita differuis quafi in confesso essent est priore feruatas, neque illo saculo eas fuisse, quæ postea fuerunt. Quid si contrà nihil in ea esse contendamus, quod Grammaticorum placitisrepugnet, totamg. iltam, quæ admirationem parit, vitiolæ orationis speciem, ab sadem ipsa, quam in ceteris ostendimus, pronuntiandi scribendíantiqua que antiqua consuctudine natam esse? Enim. vero si rem propius intucare, animaduertes profecto, ez, quz in hoc genere reprehenduntur, omnia ferme vnius M. literæ defectu in extremis aliquot vocibus laborare. Hanc autem, vt exilis & obscuri, cùm dictiones claudir, foni, nec enuntiari, nec scribi olim soliram, tum maxime cim infequentium dictionum à vocali erat ini- lib.9. tium; arque hoc more, quod Fabius itidem 4. observat, DIE HANC, non, DIBM, scriplisse Censorium Caronem quis nescit ? Fac, igitur, quod Catonis ætate tum fiebat, cum proximæ dictiones à vocalibus inchoabantur, id L. Scipionis rudiore adhuc zuo fieri consuesse, qualecúmque illarum esser initium;arque ita, vbi M. litera in eius elogio expressa non est, expresfam puta, vt OINOM, DVONOROM, OPTV-MOM, VIROM, legas, & L. SCIPIONEM, itemque G BFIT CORSICAM, ALERIAMQVE VRBBM, & DEDET AIDEM: iam falua, atque integra crunt omnia; nullæ paraptofes, nulla vocum absona connexio, nihil denique quod Criticorum amuslim censurámque reformidet. Sed de Inscriptionis verbis, totaq. illorum compositione sat multa:nunc paucis quid illa rerum nos doceat (docet autem sane permulta) confideremus, Primum enim acceptum huic ferant necesse est Romanæ historiæ studiosi; quòd Scipioni Barbato filium fuisse docet, cùm Barbati filium ij, qui Romanorum stemb.

ANTIQ. INSCRIPTIONIS IO mata describunt, nullum prodant. Nos vero: huius admonitu L. Scipionem, non illum sane, qui anno CDLV. Conful factus, in Hetruria, ve Liuius narrat, non in Corfica rem geflit; sed altelib. 10. rum anni CDXCIV. Confulem, Barbato patre natum didicimus. Hic enim est, quem de Corsis, Sardisque, & Pœnis proximo post anno triumphasse notant tabulæ Capitolinæ, cuiusque in Corfica victoriæ in Epitome Liuiana, & apud Florum, Eutropium, Orofium, & alios crebra est mentio. Ac ne quis ambiguo locus esser, Ale-Lib. riam quoq. claram olim eius Infulæ vrbem, Sul-³ lana posthæc, vt Plinius scribit, colonia nobi-^{cap.6} litatam, à Scipione captam tum fuisse, Zonaras, vel Dio potius apud Zonaram testatur : etsi pro Aleria Valeriam vocat; sed mendosi codicis vitium, vt hoc illi etiam inter cætera debeamus, corrigie Inscriptio. Et quamquam dissimulandum non est, i. Scipionem hunc, qui de Corsis triumphum egit, Lucii filium in Faltis appellari, Scipionem autem Barbatum à Liuio Publium dici, non Lucium: nemo tamen est, qui non intelligat facilius fuisse, vt vel in tabulas Capitolinas, vel in Liuij codic em error irreperet, quam vt Inferiptionis huius, quæ L. Scipionem Barbati filium facit, in dubium vocari fides queat.

Quale porro est, quod éadem L. Scipionis Cenfuram (vt de Aedilitate nihil dicam) commemorans, fimul nos quomodo restitui Capitolinz tabulz debeant, admoner, docetque C. Duilij EXPLANATIO

anno CDCXCV. in Cenfura collegam Lucium hunc Scipionem fuisse, quem exesætabulæ tribus tantum extremis literis designant ? Scio aliter doctifimoviro, & Romanæ historiæ peritiffimo, visum Onufrio Panuinio, qui Cn. Scipionem Afinam suspicatus est. At vero assentiri ne possim facit, partim quod L. Scipioniscensure locus in Fastis nullus erit, nisi hic concedatur; partim quod si Cn. Scipio Cenfor cum Duilio fuisset, vt placet Onufrio, prælatus illi haud dubie in Fastis ester, cum prior quoque in Consulatu, quem biennio ante vna gessit, nominetur. Lucius autem noster cur Duilio in Cenfura postponatur, in promptu causa est, quod Conful quoq. post illum fuisser. Quare supplere sine fuco ex Inscriptione nostra licer, quod in tabulis Capitolinis co loco defideratur. De Tempestatum autem æde quid dicam ? fiue illa est ædes Tempestatis, quam P. Victor in prima vrbis regione, cui à portaCapena nomen, locat, siue alia vspiam ab hac diuersa, quod mihiægrè persuaserim, quisnisi in hoc lapide legeretur, non eius ædis conditorem ignoraret? Causam quidem cur Tempestati data sit ædes, exortam in mari Corfico tempestatem fuisse significat Ouidius, nec obscuri eius sunt-versus è vi. Fastorum:

Te quo que, Tempestas, meritam delubra fatemur, Cùm penè est Corsis obruta classis aquis. Sod quam multos hæc ipsa Corsicæ procellæ b ij

JI.

ANTIQ INSCRIPTIONIS -12 commemoratio, duin afflictæ claffis ductorem, ædifque auctorem quærunt, in errorem induxit? Nam fuere qui ad Claudium Neronem anni DLr. 11b. Confulem, cuius atrox & naufragio proxima tempestas à Liuio describitur, referendum cen-30. ferent : alij rurfum Marcello, alij Metello, friuolis omnes ducti rationibus tribui maluerunt. quibus nimirum si elogium hoc legere licuisser, nunquam dubitassent, quin ex illius verbis pe-. tenda esset Ouidianorum versuum interpretatio. Et tot igiturhisce nominibus in lucem prodire tam illustre monimentum intererat, & ipsius in · primis, cuius laudes exequitur, 1. Scipionis, quem bonorum ætatis suæ virorum optimum in tenebris perpetuoiacere par profecto non erat:& tamen apud alios quidem scriptores hoc eius virtutis præconium frustra quæras; ita de illo silent omnes, cum P. Nasicam ex eadem gente centum ferè post annis optimum virum Senatus sententia iudicatum, dignumque, qui Magnæ Matris simulacrúm exciperet habitum, plurimi literis prodiderint; & in Atilij Calatini sepulcro non diffimile incifum elogium Cicero iple in Catone non fileat, Quem plurimæ confentiunt gentes populi primarium fuisse virum. Cuius ego Atiliani elogij quoties remini-

Cuius ego Atiliani elogij quoties reminifcor, toties in mentem venit, ad L. quoque Scipionis fepulcrum pertinuisse Inferiptionem in qua versamur : vt duorum clarissimorum ciuium, ætare, honoribus, rebus gestis prope

EXPEANATIO.

æqualium, coniuncta fuerint vt loco, fic etiam tituli gloria & similitudine monimenta. Etcnim extra portam Capenam & Calatini, & Scipionum sepulcra fuisse, vel ex eodem M. Tullio notum eft: ad Capenam autem effoffum Tufc. hunc lapidem fuisse præfati initio sumus. Nec 5. verò laborandum cenfeo, quoniam intra vrbis mænia eft effossus, sepeliri autem intra mænia mos non crat, conc aliquando translatus è scpulcro, an sepulcrum ibi olim conditum, & mænia post id tempus cum pomærij finibus translata fint. Quoquo enim modo res habeat, suus nimirum honos & pretium erit Inferiptioni ; tibíque, vt confido, Lector, iam satis perfuasum, non absre illam à nobis principio laudatam, dignaque quam merito magni omnes faciant visam esse, quæ præter vetustatis commendationem, tanti viri memoriam prope intermortuam excitarit, & iocundam simul non vulgarium & hactenus ignotarum rerum notitiam complectatur. Romæ anno M. DC. XVI.

biij

12

